




UC-NRLF
B 2 868 682



2

DE

PRAEPOSITIONUM APUD ORATORES ATTICOS USU QUAESTIONES SELECTAE

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

MARPURGENSI RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

AUGUSTUS BLACKERT

MARPURGI CATTORUM

MDCCCLXXXXIV

DISSERTATIO AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM
ORDINE MARPURGENSI PROBATA
A. D. VII. ID. APRILES
A. MDCCCLXXXXIV

Halis Saxonum, Typis Orphanotrophei.

GEORGIO WISSOWA

SACRUM

Plenam historicae Graecorum syntaxeos artem nec condidit nostra aetate quisquam nec condere poterit nisi absolutis innumeris fere quaestionibus, quae de singulorum scriptorum, temporum, generum sermone atque usu ita sunt instituendae, ut et linguae Graecae historia et leges et uniuscuiusque scriptoris sermo pariter respiciantur.

Ad quas quaestiones solvendas symbolam conferre ita institui, ut oratorum Atticorum, quorum scripta aetatem tulerunt[1], in adhibendis praepositionibus usum illustrarem, non sine fructu hoc fieri ratus ad sermonis Graecorum pedestris usum et leges melius perspicienda. Nam cum ab Antiphonte usque ad Dinarchum per integrum unum saeculum plena oratoriae artis documentorum series ad nos pervenerit, perspicere licet, quas mutationes usus subierit, quid in singulorum auctorum sermone communi legi, quid uniuscuiusque scriptoris proprietati tribuendum sit.

Praepositiones autem ut tractandas sumerem, et quaestionis gravitas effecit et quod hoc imprimis in campo oratorum usum cum aliis scriptoribus conferre licet propter complurium virorm doctorum de praepositionum apud alios auctores usu commentationes.

Quo in numero maxime sunt nominandi hi: R. Eucken, Über den Sprachgebrauch des Aristoteles, Berlin 1868. Tycho Mommsen, Entwickelung einiger Gesetze für den Gebrauch der griechischen Praepositionen, in Progr. d. städtischen Gymnasiums zu Frankfurt a. M., Ostern 1874, 1876, 1879.[2] Franciscus Krebs, Die Praepositionen bei Polybius, Würzburg 1882. Eugenius Seidel, De usu praepositionum Plotiniano quaestiones, Nissae 1886. Theodorus Lina, De praepositionum usu Platonico quaestiones selectae, Marpurgi Cattorum 1889.

---

1) Editionibus usus sum his: Antiphontis et Hyperidis editionibus Blassianis, Andocidis Lipsiana, Lysiae Scheibiana, Isaei Buermanniana, Isocratis Benseleriana instaurata a Blassio, Demosthenis Dindorfiana recognita a Blassio, Lycurgi et Dinarchi Thalheimianis, Aeschinis Schultziana. Sed ut in primo potissimum capite omnes sub uno aspectu ponerem, numerando et computando constitui, quotenas editionis Teubnerianae paginas singuli oratores compleant.

2) Haec programmata in dissertatione mea significabo numeris I, II, III.

Cum oratores tractare mihi propositum esset, quaecunque scripta extra oratorium genus traduntur omisi, imprimis quae feruntur nonnullorum oratorum epistulae. Demosthenis orationes in calculum non vocavi nisi tres: *Περὶ τοῦ στεφάνου, ὑπὲρ Φορμίωνος, κατὰ Κόνωνος.* Quibus ex tribus orationibus, ubi licere mihi videbitur, de reliquis coniecturam faciam, sed ita ut nimiae cautionis potius quam audaciae incusandus sim.

Quod attinet ad quaestionis dispositionem, disseram

1. de praepositionum frequentia,
2. de casuum condicionibus,
3. de praepositionum repetitione,
4. de praepositionum collocatione,
5. de hiatu,
6. de praepositionis *ἐπί* usu.

Caput I.

De praepositionum frequentia.

In huius capitis dispositione maxime T. Mommsenum[1] sequar. Primum igitur tabula demonstrabo, quotenae in singulis paginis oratorum Atticorum praepositiones inveniantur. Praebent igitur singulae paginae (edit. Teubnerianae)

Antiphontis	—		11,5	praepositiones
Andocidis	—		13	„
Lysiae	—		13,5	„
Isaei	—		10,5	„
Isocratis	—	paene	14	„
Demosthenis	—		12,8	„
Hyperidis	—	paene	15	„
Lycurgi	—		14,4	„
Aeschinis	—		15,8	„
Dinarchi	—	paene	16	„

Itaque si oratores ita enumerare volumus, ut pro multitudine praepositionum in singulis paginis adhibitarum inter se sequantur, hic ordo est statuendus: Dinarchus, Aeschines, Hyperides, Lycurgus, Isocrates, Lysias, Andocides, Demosthenes, Antiphon, Isaeus.

---

1) Pr. I.

Mommsenum (et cum eo Theodorum Lina[1]) non de omnibus auctoribus rationem recte habuisse videmus, nam hos numeros affert[2]:

Antiphon	praebet	in	singulis	paginis	11—12	praepositiones
Andocides	„	„	„	„	13	„
Lysias	„	„	„	„	15—13	„
Isocrates	„	„	„	„	14—13	„
Isaeus	„	„	„	„	11—12	„
Hyperides	„	„	„	„	16—17	„
Lycurgus	„	„	„	„	12—13	„
Dinarchus	„	„	„	„	paene 16.	

Sed facile errare potuit, quod primo ad nullas praepositiones animum intenderat nisi ad *σύν* et *μετά.* Quare cum postea omnes respicere vellet, non omnes orationes denuo legit, sed partem, ex qua rationem collocavit. Atqui singuli oratores in aliis orationibus aliam praepositionum frequentiam praebent; nam in iis, quae prope ad historicorum genus scribendi accedunt, plures praepositiones adhibere solent quam in iis, quae ad philosophorum.[3]

Quodsi summam omnium praepositionum, quae apud oratores Atticos Demosthene neglecto inveniuntur (17 691), cum numero paginarum (1297) comparamus, singulas paginas continere ternas denas aut quaternas denas (13,6) praepositiones videmus.

In orationibus Demosthenis, quas quidem legerim, condicio ea est, ut singulae paginae 12,8 praepositiones praebeant. Ut in reliquis orationibus eadem condicio sit, Demosthenes in 1120 fere paginis 14 340 praepositiones adhibet. Omnibus oratoribus in calculum vocatis condicio ea est, ut in singulis paginis 13,14 praepositiones exstent.

Liceat mihi comparandi causa nonnullos numeros ex aliis auctoribus afferre. Polybii singulae paginae continent vicenas aut vicenas singulas,[4] Plotini modo septenas denas modo senas denas,[5] Platonis undenas.[6] Quibus ex numeris intellegi potest oratores Atticos oligoprothesi magis favere quam polyprothesi.

Venimus ad quaerendum, quoties quaeque praepositio et apud singulos oratores et apud universos reperiatur. Id insequentibus tabulis illustrabo. Eodem tempore altera columna indicabo, quoties singulae praepositiones exstent centenis praepositionibus numeratis.

---

1) p. 4.
2) Pr. I p. 4.
3) cf. Mommsen Pr. I p. 13.
4) Krebs p. 4.
5) Seidel p. 8.
6) Lina p. 4.

Antiphon.			Andocides.			Lysias.			Isaeus.			Isocrates.		
ἐν	135	16	ἐν	149	16,2	περί	452	14,5	ἐκ	223	14	περί	1440	21,6
εἰς	126	15	περί	130	14	ἐν	431	13,8	περί	201	12,7	πρός	812	12,2
ὑπό	126	15	εἰς	120	13	εἰς	367	11,8	πρός	148	9,4	ἐν	782	11,7
ἐκ	99	11,8	ἐκ	83	9	ἐκ	291	9,66	εἰς	147	9,36	ἐκ	531	8
περί	75	8,9	διά	75	8	ὑπό	254	8,1	κατά	141	9	ἐπί	521	7,8
ἐπί	55	6,5	ἐπί	64	7	ἐπί	232	7,4	ἐπί	130	8,28	διά	464	7
διά	48	5,7	κατά	62	6,7	διά	227	7,29	ἐν	124	7,9	εἰς	451	6,75
κατά	45	5,3	ὑπό	54	5,9	πρός	213	6,8	ὑπό	98	6,24	παρά	378	5,66
πρός	34	4	πρός	49	5,3	παρά	206	6,6	παρά	97	6,1	ὑπό	313	4,7
ὑπέρ	29	3,4	παρά	34	3,7	ὑπέρ	145	4,65	διά	93	5,9	κατά	309	4,6
παρὰ	24	2,8	μετά	33	3,6	μετά	132	4,2	μετά	74	4,7	μετά	268	4
μετά	22	2,6	ἀπό	24	2,6	κατά	86	2,76	ὑπέρ	48	3	ὑπέρ	261	3,9
ἀπό	14	1,66	ἀντί	22	2,4	ἀντί	37	1,2	ἀπό	23	1,46	ἀπό	77	1,15
ἀντί	6	0,7	ὑπέρ	15	1,6	ἀπό	30	0.96	ἀντί	14	0,9	πρό	38	0,57
πρό	2	0,24	πρό	4	0,4	πρό	10	0,32	σύν	7	0,44	ἀντί	33	0,5
σύν	2	0,24	ἀνά	2	0,2	σύν	2	0,06	πρό	4	0,25	σύν	1	0,015
ἀνά	0	0	σύν	1	0,1	ἀνά	0	0	ἀνά	0	0	ἀνά	0	0
Summa praepos.	842			921			3115			1572			6679	
Summa paginarum	73			70			230			150			480	

Demosthenes.			Lycurgus.			Hyperides.			Aeschines.			Dinarchus.		
ἐν	190	13,2	ἐν	94	15,9	ἐν	106	20,3	ἐν	474	17,5	ἐν	110	14,8
ἐκ	146	10,2	εἰς	63	10,6	εἰς	60	11,5	εἰς	317	11,7	κατά	96	12,9
πρός	134	9,37	ὑπέρ	63	10,6	περί	49	9,4	περί	279	10,3	παρά	75	10,1
εἰς	133	9,3	παρά	54	9,12	παρά	42	8	πρός	275	10,1	εἰς	68	9,15
ἐπί	122	8,5	περί	52	8.8	ἐκ	38	7,3	ἐπί	270	10	ἐκ	66	8,9
παρά	113	7,9	πρός	51	8,6	ὑπέρ	38	7,3	ἐκ	246	9,1	περί	63	8,48
περί	112	7,83	ἐκ	44	7,4	ἐπί	35	6,7	κατά	150	5,5	ἐπί	53	7,1
κατά	103	7,13	ἐπί	44	7,4	πρός	35	6,7	παρά	133	4,9	ὑπέρ	48	6,46
διά	83	5,8	κατά	41	6,92	διά	34	6,5	διά	130	4,8	πρός	47	6,3
ὑπέρ	75	5,24	διά	29	4,9	κατά	34	6,5	ὑπό	116	4,3	ὑπό	43	5,8
ὑπό	71	5	ὑπό	25	4,2	ὑπό	27	5,16	μετά	115	4,25	διά	32	4,3
μετά	61	4,26	μετά	21	3,5	ἀπό	11	2,1	ὑπέρ	103	3,8	μετά	27	3,77
ἀπό	46	3,2	ἀπό	5	0,84	μετά	9	1,7	ἀπό	76	2,8	ἀπό	8	1,1
ἀντί	24	1,68	πρό	4	0,67	ἀντί	3	0,57	πρό	10	0,37	ἀντί	5	0,67
πρό	18	1,26	ἀντί	2	0,3	πρό	2	0,38	ἀντί	9	0,33	πρό	2	0,27
σύν	0	0	σύν	0	0	σύν	0	0	σύν	1	0,037	σύν	0	0
ἀνά	0	0	ἀνά	0	0	ἀνά	0	0	ἀνά	0	0	ἀνά	0	0
Summa praepos.	1431			592			523			2704			743	
Summa paginarum	112			41			69			171			47	

Apud septem oratores primum locum obtinet ἐν (apud Antiphontem, Andocidem, Demosthenem, Lycurgum, Hyperidem, Aeschinem, Dinarchum), sed apud complures ita, ut subsequens praepositio (ὑπό, περί) satis prope accedat. Mommsen igitur non recte dicit[1] Antiphontem saepissime praepositione ὑπό uti; tamen concedendum est praepositionem ὑπό non multo superari praepositione ἐν.

Etsi praepositio ἐν plurimis locis vim localem praebet, tamen aliud quiddam, quod in libris grammaticis parum respicitur, efficere mihi videtur, ut apud tot oratores praevaleat. Grammatici enim nos docere solent ad interrogationem „quando" respondere praepositionem ἐν aut dativum solum (genetivum temporis hoc loco praetermitto) atque ita, ut dativo solo punctum significetur temporis, praepositione ἐν spatium, intra quod aliquid sit vel accidat. Exempla plerumque afferunt locos ex Herodoto, Thucydide, Xenophonte excerptos, raro ex oratoribus. Sed apud oratores Atticos condicio mihi videtur esse haec: Dativus temporis rarius invenitur, cum praepositio ἐν saepissime adhibeatur illo discrimine non raro neglecto. Liceat mihi nonnulla exempla afferre: Lys. 1,17 *ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ἡ μέταυλος θύρα.* Isaeus 3,30 *ἐν τῇ δεκάτῃ.* Ex insequentibus exemplis intellegi potest saepe non interesse inter dativum et praepositionem ἐν: Lyc. 127 *ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ ψηφισάμενοι.* Aesch. 2,82 *ἐν ἐκείνῃ μὲν οὖν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ὑμεῖς ἐψηφίσασθε . . .* Lys. 2,13 *τῶν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ Πελοπόννησον ἐχόντων.* 2,18 *πρῶτοι δὲ καὶ μόνοι ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ ἐκβαλόντες τὰς παρὰ σφίσιν αὐτοῖς δυναστείας δημοκρατίαν κατεστήσαντο.*

Neque pauca sunt haec exempla, sed apud omnes oratores plurima inveniuntur. Etsi igitur concedo fortasse in Antiphontis et Andocidis orationibus legendis a me nonnulla exempla animadversa non esse, tamen hoc in aliis non facile fieri potuit, cum animum in illam rem intenderim.

Apud Isaeum prae ceteris praepositio ἐκ adhibetur, cum ἐν septimum locum obtineat. Quodsi eas orationes, in quibus Isaeus saepissime illa praepositione utitur (3, 6, 8), diligentius inspicimus, semper repeti invenimus has elocutiones: *εἶναι ἔκ τινος, γεγονέναι ἔκ τινος* (filium, filiam esse alicuius), *οἱ (αἱ) ἔκ τινος* (filii, filiae alicuius), *ἔτεκέ (γυνή) τινα ἔκ τινος.* Res igitur ipsa, quae in his orationibus tractatur, efficit, ut praepositio ἐκ tam saepe adhibeatur.

Apud Lysiam et Isocratem praepositio περί, quae apud Andocidem et Isaeum iam secundum locum tenet, saepissime exstat atque apud Isocratem adeo praevalet, ut περί 1440 locis inveniatur, praepositio autem numero proxima (πρός) 812 tantum locis.

---

1) Pr. I p. 27.

Mommsen[1] dicit Isocratem praepositioni *πρός* cum accusativo coniunctae maxime favere, qua ex re intellegi posse Isocratem ad principatum accusativi multum conferre. Sed *περί* cum genetivo coniunctum 1003 locis invenitur, *πρός* cum accusativo coniunctum 719 tantum locis. Quare Mommsen etsi in priore parte erravit, tamen in altera recte iudicavit, praesertim cum apud Isocratem, id quod illum fugisse videtur, *περί* 437 locis cum accusativo coniungatur. Mirandum tamen est, quod altera praepositio, quae Latinae ,in' respondet, *εἰς*, quamquam cum accusativo coniungitur, sex praepositionibus numero superatur.

Deinde si quaerimus, quae praepositiones primum, secundum, tertium, quartum locum obtineant, in hoc numero habendas esse videmus apud plurimos oratores praepositionem *ἐν* (non apud Isaeum), *περί* apud Andocidem, Lysiam, Isaeum, Isocratem, Hyperidem, Aeschinem (apud Demosthenem septimum locum obtinet), *εἰς* apud Antiphontem, Andocidem, Lysiam, Isaeum, Demosthenem, Lycurgum, Hyperidem, Aeschinem, Dinarchum (apud Isocratem septimum locum tenet), *ἐκ* apud Antiphontem, Andocidem, Lysiam, Isaeum, Isocratem, Demosthenem, Aeschinem. Apud Antiphontem *ὑπό* tenet secundum locum, idem facit *κατά* apud Dinarchum, *ὑπέρ* apud Lycurgum. Lycurgus praepositione *ὑπέρ* propterea fortasse tam saepe utitur, quod omnia paratus est facere *ὑπὲρ τῆς πόλεως, ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ὑπὲρ τῶν πατέρων, γυναικῶν, παίδων.*

Praeposito *ἀμφί* apud nullum oratorem invenitur (*ἀμφί* non adhibetur nisi ad composita formanda), *ἀνά* apud neminem nisi Andocidem, qui hac praepositione bis utitur, *σύν* apud Antiphontem (2 locis), Andocidem (1), Lysiam (2), Isaeum (7), Isocratem (1), Demosthenem (14), Aeschinem (1). In Demosthenis orationibus a me lectis (XVIII, XXXVI, LIV), quae quin ab eo scriptae sint, haud dubium est, *σύν* non reperitur. Itaque apud omnes oratores Atticos *σύν* non adhibetur nisi 14 (28) locis. Quare assentior iis, quae Mommsen de hac praepositione disseruit.[2]

Si omnium oratorum praepositiones numerabimus, inveniemus

				Demosthene omisso	
περί	exstare	2853	locis	2741	locis
ἐν	„	2595	„	2405	„
εἰς	„	1852	„	1719	„
πρός	„	1798	„	1664	„
ἐκ	„	1767	„	1621	„
ἐπί	„	1526	„	1404	„
διά	„	1215	„	1132	„

1) Pr. I p. 26.
2) Pr. I.

				Demosthene omisso	
παρά	exstare	1156	locis	1043	locis
ὑπό	„	1127	„	1056	„
κατά	„	1067	„	964	„
ὑπέρ	„	825	„	750	„
μετά	„	762	„	701	„
ἀπό	„	314	„	268	„
ἀντί	„	155	„	131	„
πρό	„	94	„	76	„
σύν	„	14	„	14	„
ἀνά	„	2	„	2	„
	Summa	19 122	locis	17 691	locis

Praeterquam quod παρά et ὑπό transmutantur, idem ordo est sive tres Demosthenis orationes in calculum vocamus sive omittimus.

Liceat mihi hos numeros cum aliorum auctorum comparare.

Apud Platonem[1]				Apud Plotinum[2]			
ἐν	exstat	4143	locis	ἐν	exstat	3310	locis
περί	„	3267	„	εἰς	„	1462	„
πρός	„	2292	„	πρός	„	1299	„
κατά	„	2065	„	κατά	„	1272	„
εἰς	„	1925	„	ἐπί	„	1255	„
ἐκ	„	1607	„	ἐκ	„	1127	„
διά	„	1391	„	διά	„	815	„
ἐπί	„	1352	„	παρά	„	734	„
ὑπό	„	1102	„	περί	„	651	„
μετά	„	914	„	ἀπό	„	475	„
παρά	„	902	„	μετά	„	403	„
ἀπό	„	467	„	πρό	„	324	„
ὑπέρ	„	167	„	ὑπό	„	252	„
ἀντί	„	136	„	ὑπέρ	„	54	„
πρό	„	101	„	σύν	„	35	„
σύν	„	30	„	ἀντί	„	34	„
ἀνά	„	11	„	ἀνά	„	14	„
ἀμφί	„	9	„	ἀμφί	„	1	„
	Summa	21881	locis		Summa	13517	locis

Longius autem Polybii usus a nostris discedit, nam iis praepositionibus, quae accusativum sibi nectunt, maxime favet. Hoc ordine praepositiones inter se sequuntur:[3]

1) cf. Lina p. 3.
2) cf. Seidel p. 7.
3) Krebs p. 3.

κατά	reperitur	4297	locis
πρός	„	3471	„
εἰς	„	2992	„
περί	„	2934	„
ἐν	„	2412	„
ἐπί	„	2386	„
διά	„	2218	„
ἐκ	„	2130	„
μετά	„	1479	„
παρά	„	1461	„
ὑπό	„	961	„
ἀπό	„	620	„
ὑπέρ	„	572	„
πρό	„	221	„
σύν	„	121	„
ἀντί	„	27	„
ἀνά	„	24	„
	Summa	28326	locis

Herodotus praepositioni εἰς favet, idem facit Xenophon; Thucydides saepissime ἐν adhibet.[1]

Caput II.

De casuum condicionibus.

In hoc capite mihi demonstrandum est, quae rationes inter singulos casus intercedant. Ac primum quidem oratores singulos percensebo, deinde omnes complectar.

1. Antiphon.

Praepositiones sibi nectentes

a) unum casum,						b) duos casus,		
genetivum		dativum		accusativum			genetivum	accusativum
ἀντί	6	ἐν	135	εἰς	126	διά	9	39
ἀπό	14	σύν	2	ἀνά	0	κατά	19	26
ἐκ	99					μετά[2]	17	5
πρό	2					ὑπέρ	29	0
Summa	121		137		126	Summa	74	70

Gen.: dat.: acc. = 1 : 1,13 : 1. Gen.: acc. = 1 : 1

1) cf. Mommsen Pr. I p. 26.

2) Μετά iis praepositionibus addo, quae cum duobus casibus coniunguntur; nam apud neminem oratorum tres casus sibi nectit.

c) tres casus,

genetivum		dativum	accusativum
ἐπί	9	30	16
παρά	10	4	10
περί	69	1	5
πρός	7	6	21
ὑπό	118	0	8
Summa	213	41	60

Gen.: dat.: acc. = 5,2 : 1 : 1,5.

Genetivus usurpat 408 locos
dativus „ 178 „
accusativus „ 256 „

Ratio est haec:

Gen.: dat.: acc.: = 2,3 : 1 : 1,4.

2. Andocides.

Praepositiones sibi nectentes

a) unum casum,

genetivum		dativum		accusativum	
ἀντί	22	ἐν	149	εἰς	120
ἀπό	24	σύν	1	ἀνά	2
ἐκ	83				
πρό	4				
Summa	133		150		122

Gen.: dat.: acc. = 1,1 : 1,23 : 1.

b) duos casus,

genetivum		accusativum
διά	4	71
κατά	14	48
μετά	25	8
ὑπέρ	14	1
Summa	57	128

Gen.: = acc. = 1 : 2,2.

c) tres casus,

genetivum		dativum	accusativum
ἐπί	9	39	16
παρά	21	7	6
περί	124	0	6
πρός	2	6	41
ὑπό	52	0	2
Summa	208	52	71

Gen.: dat.: acc. = 4 : 1 : 1,36.

Genetivus usurpat 398 locos
dativus „ 202 „
accusativus „ 321 „

Ratio:

Gen.: dat.: acc. = 2 : 1 : 1,6.

3. Lysias.

Praepositiones sibi nectentes

a) unum casum,

genetivum		dativum		accusativum	
ἀντί	37	ἐν	431	εἰς	367
ἀπό	30	σύν	2	ἀνά	0
ἐκ	291				
πρό	10				
Summa	368		433		367

Gen.: dat.: acc. = 1 : 1,18 : 1.

b) duos casus,

	genetivum	accusativum
διά	25	202
κατά	13	73
μετά	99	33
ὑπέρ	145	0
Summa	282	308

Gen.: acc. = 1 : 1,1.

c) tres casus,

	genetivum	dativum	accusativum
ἐπί	48	110	74
παρά	135	36	35
περί	401	0	51
πρός	5	18	190
ὑπό	247	5	2
Summa	836	169	352

Gen.: dat.: acc. = 5 : 1 : 2.

Genetivus usurpat 1486 locos
dativus " 602 "
accusativus " 1027 "

Ratio:

Gen.: dat.: acc. = 2,47 : 1 : 1,7.

4. Isaeus.

Praepositiones sibi nectentes

a) unum casum,

genetivum		dativum		accusativum	
ἀντί	14	ἐν	124	εἰς	147
ἀπό	23	σύν	7	ἀνά	0
ἐκ	223				
πρό	4				
Summa	264		131		147

Gen.: dat.: acc. = 2 : 1 : 1,12.

b) duos casus,

	genetivum	accusativum
διά	15	78
κατά	8	133
μετά	57	17
ὑπέρ	47	1
Summa	127	229

Gen.: acc. = 1 : 1,8.

c) tres casus,

	genetivum	dativum	accusativum
ἐπί	13	74	43
παρά	56	26	15
περί	182	0	19
πρός	20	27	101
ὑπό	98	0	0
Summa	369	127	178

Gen.: dat.: acc. = 2,9 : 1 : 1,4.

Genetivus usurpat 760 locos
dativus „ 258 „
accusativus „ 554 „
Ratio:
Gen.: dat.: acc. = 3,03 : 1 : 2,2.

5. Isocrates.

Praepositiones sibi nectentes

a) unum casum,

genetivum		dativum		accusativum	
ἀντί	33	ἐν	782	εἰς	451
ἀπό	77	σύν	1	ἀνά	0
ἐκ	531				
πρό	38				
Summa	679		783		451

Gen.: dat.: acc. = 1,5 : 1,7 : 1.

b) duos casus,

	genetivum	accusativum
διά	98	366
κατά	31	278
μετά	214	54
ὑπέρ	258	3
Summa	601	701

Gen.: acc. = 1 : 1,16.

c) tres casus,

	genetivum	dativum	accusativum
ἐπί	123	189	209
παρά	187	142	49
περί	1003	0	437
πρός	10	83	719
ὑπό	275	33	5
Summa	1598	447	1419

Gen.: dat.: acc. = 3,57 : 1 : 3,17.

Genetivus usurpat 2878 locos
dativus „ 1230 „
accusativus „ 2571 „
Ratio:
Gen.: dat.: acc. = 2,34 : 1 : 2.

6. Demosthenes.

Praepositiones sibi nectentes

a) unum casum,

genetivum		dativum		accusativum	
ἀντί	24	ἐν	190	ἀνά	0
ἀπό	46	σύν	0	εἰς	133
ἐκ	146				
πρό	18				
Summa	234		190		133

Gen.: dat.: acc. = 1,76 : 1,43 : 1.

b) duos casus,

genetivum		accusativum
διά	23	60
κατά	32	71
μετά	33	28
ὑπέρ	73	2
Summa	161	161

Gen.: acc. = 1 : 1.

c) tres casus,

genetivum		dativum	accusativum
ἐπί	19	54	49
παρά	44	54	15
περί	102	0	10
πρός	5	21	108
ὑπό	65	5	1
Summa	235	134	183

Gen.: dat.: acc. = 1,75 : 1 : 1,36.

Genetivus usurpat 630 locos
dativus „ 324 „
accusativus „ 477 „

Ratio:
Genet.: dat.: acc. = 1,93 : 1 : 1,46.

7. Lycurgus.

Praepositiones sibi nectentes

a) unum casum,

genetivum		dativum		accusativum	
ἀντί	2	ἐν	94	εἰς	63
ἀπό	5	σύν	0	ἀνά	0
ἐκ	44				
πρό	4				
Summa	55		94		63

Gen.: dat.: acc. = 1 : 1,7 : 1,14.

b) duos casus,

genetivum		accusativum
διά	4	25
κατά	10	31
μετά	17	4
ὑπέρ	62	1
Summa	93	61

Gen.: acc. = 1,52 : 1.

c) tres casus,

	genetivum	dativum	accusativum
ἐπί	9	21	14
παρά	27	19	8
περί	44	0	8
πρός	0	1	50
ὑπό	23	1	1
Summa	103	42	81

Gen.: dat.: acc. = 2,45 : 1 : 2.

Genetivus usurpat 251 locos
dativus „ 136 „
accusativus „ 205 „

Ratio:
Gen.: dat.: acc. = 1,84 : 1 : 1,5

8. Hyperides.

Praepositiones sibi nectentes

a) unum casum,

genetivum		dativum		accusativum	
ἀντί	3	ἐν	106	εἰς	60
ἀπό	11	σύν	0	ἀνά	0
ἐκ	38				
πρό	2				
Summa	54		106		60

Gen.: dat.: acc. = 1 : 2 : 1,1.

b) duos casus,

	genetivum	accusativum
διά	5	29
κατά	24	10
μετά	6	3
ὑπέρ	36	2
Summa	71	44

Gen.: acc. = 1,6 : 1.

c) tres casus,

	genetivum	dativum	accusativum
ἐπί	13	15	7
παρά	22	17	3
περί	43	0	6
πρός	0	4	31
ὑπό	25	2	0
Summa	103	38	47

Gen.: dat.: acc. = 2,7 : 1 : 1,24.

Genetivus usurpat 228 locos
dativus „ 144 „
accusativus „ 151 „

Ratio:
Gen.: dat.: acc. = 1,6 : 1 : 1,05.

9. Aeschines.

Praepositiones sibi nectentes

a) unum casum,

genetivum		dativum		accusativum	
ἀντί	9	ἐν	474	εἰς	317
ἀπό	76	σύν	1	ἀνά	0
ἐκ	246				
πρό	10				
Summa	341		475		317

Gen.: dat.: acc. = 1,07 : 1,5 : 1.

b) duos casus,

	genetivum	accusativum
διά	31	99
κατά	39	111
μετά	78	37
ὑπέρ	99	4
Summa	247	251

Gen.: acc. = 1 : 1.

c) tres casus,

	genetivum	dativum	accusativum
ἐπί	45	89	136
παρά	71	35	27
περί	222	0	57
πρός	12	19	244
ὑπό	110	1	5
Summa	460	144	469

Gen.: dat.: acc. = 3,2 : 1 : 3,26.

Genetivus usurpat 1048 locos
dativus „ 619 „
accusativus „ 1037 „

Ratio:
Gen.: dat.: acc. = 1,69 : 1 : 1,67.

10. Dinarchus.

Praepositiones sibi nectentes

a) unum casum,

genetivum		dativum		accusativum	
ἀντί	5	ἐν	110	εἰς	68
ἀπό	8	σύν	0	ἀνά	0
ἐκ	66				
πρό	2				
Summa	81		110		68

Gen.: dat.: acc. = 1,2 : 1,6 : 1.

b) duos casus,

	genetivum	accusativum
διά	3	29
κατά	69	27
μετά	21	6
ὑπέρ	48	0
Summa	141	62

Gen.: acc. = 2,27 : 1.

c) tres casus,

	genetivum	dativum	accusativum
ἐπί	9	28	16
παρά	42	24	9
περί	58	0	5
πρός	3	7	37
ὑπό	42	1	0
Summa	154	60	67

Gen.: dat.: acc. = 2,5 : 1 : 1,1.

Genetivus	usurpat	376	locos
dativus	„	170	„
accusativus	„	197	„

Ratio:
Gen.: dat.: acc. = 2,18 : 1 : 1,16.

Restat, ut tabulis explicem, quae sint condiciones inter genetivum, dativum, accusativum, si omnes oratores praeter Demosthenem in calculum vocamus.

Praepositiones sibi nectentes

a) unum casum,

genetivum		dativum		accusativum	
ἀντί	131	ἐν	2405	εἰς	1719
ἀπό	268	σύν	14	ἀνά	2
ἐκ	1621				
πρό	76				
Summa	2096		2419		1721

Gen.: dat.: acc. = 1,2 : 1,4 : 1.

b) duos casus,

	genetivum	accusativum
διά	194	938
κατά	227	737
μετά	534	167
ὑπέρ	738	12
Summa	1693	1854

Gen.: acc. = 1 : 1,1.

c) tres casus,

	genetivum	dativum	accusativum
ἐπί	278	595	531
παρά	571	310	162
περί	2146	1	594
πρός	59	171	1434
ὑπό	990	43	23
Summa	4044	1120	2744

Gen.: dat.: acc. = 3,6 : 1 : 2,45.

Genetivus	usurpat	7833	locos
dativus	„	3539	„
accusativus	„	6319	„

Ratio:
Gen.: dat.: acc. = 2,2 : 1 ; 1,8.

Si licet ex tribus orationibus, quae decimam fere partem omnium paginarum complent, de reliquis coniecturam facere, hos numeros reperimus apud Demosthenem:

Genetivus	usurpat	6300	locos
dativus	„	3240	„
accusativus	„	4770	„

Tum apud omnes oratores

genetivus	usurpat	14 133	locos
dativus	„	6 799	„
accusativus	„	11 089	„

ut ratio sit haec:

Gen.: dat.: acc. = 2,084 : 1 : 1,78.

Ratio igitur non multum mutatur, sive Demosthenem in calculum vocamus sive omittimus.

Quibus ex tabulis haec cognosci possunt:

a) Praepositiones unum casum sibi adiungentes.

Apud omnes fere oratores dativus numero genetivum et accusativum superat; sed apud Isaeum dativus et genetivo et accusativo vincitur, apud Demosthenem genetivo.

Genetivus et accusativus non longe inter se distant, sed ita, ut genetivus paulo antecedere soleat accusativum; apud Lycurgum tantum et Hyperidem numerus accusativorum paulo maior est quam genetivorum.

b) Praepositiones duos casus sibi adiungentes.

Antiphon, Demosthenes, Aeschines genetivo et accusativo pares numeros attribuunt; idem fere faciunt Lysias et Isocrates, qui accusativum paulo anteponunt. Genetivus superat accusativum apud Dinarchum, Hyperidem, Lycurgum.

c) Praepositiones tres casus sibi adiungentes.

Dativus apud omnes oratores genetivo et accusativo inferior est; proxime ad illos casus accedit apud Dinarchum et Hyperidem. Apud omnes praeter Aeschinem, qui accusativo paulo maiorem numerum tribuit, genetivus superat accusativum, maxime apud Antiphontem, Andocidem, Lysiam.

d) Si numeros omnium genetivorum, dativorum, accusativorum inspicimus, haec nobis occurrunt:

Apud omnes oratores principatum tenet genetivus, sed ita, ut Aeschines accusativo parem fere numerum tribuat et apud Isocratem accusativus non multo inferior sit genetivo. Maxime autem genetivo favent Antiphon, Lysias, Isaeus, Hyperides, Dinarchus, non item Andocides, Lycurgus, Demosthenes.

Non recte igitur Lina, qui ex Mommseno hausit[1], iudicat; nam contendit:[2] „Oratorum Atticorum e numero genetivo maxime

---

1) Progr. I p. 7.
2) p. 7.

favent Antiphon, Lysias, Isaeus, Hyperides, Dinarchus. Idem faciunt Andocides, Lycurgus, Demosthenes, Aeschines, ita ut genetivus non tanto ceteros superet casus, quanto apud illos. Isocrates genetivo et accusativo parem fere tribuit numerum."

Apud Aeschinem et Isocratem propterea accusativus paene aequat genetivum, quod illi oratores persaepe *κατά* cum accusativo coniunctum adhibent, item *πρός* et *περί*. *Περί* apud Isocratem genetivum sibi vindicat 1003 locis, accusativum 437; apud Aeschinem genetivum usurpat 222 locis, accusativum 57. Quae cum ita sint, Mommseno non assentior, qui dicit[1] praepositionem *περί* cum accusativo coniunctam apud omnes auctores Eustathio excepto nullius momenti („eine ganz untergeordnete Species") esse.

Me adiuvant Seidel, Krebs, Lina, qui nos docent hanc praepositionem usurpare

apud	Plotinum[2]	322 genetivos,	328	accusativos,
„	Polybium[3]	1114 „	1819	„
„	Platonem[4]	1943 „	1317	„

Tertium locum apud omnes oratores obtinet dativus. Saepissime invenitur apud Hyperidem, maxime neglegitur ab Isaeo, deinde ab Isocrate.

Videamus nunc, quae sint casuum condiciones apud alios scriptores.

Apud	Platonem[5]	gen.: dat.: acc.	= 1,4 : 1 : 1,8;
„	Polybium[6]	„ „ „	= 2,2 : 1 : 4,5;
„	Plotinum[7]	„ „ „	= 1,1 : 1 : 1,5.

Apud poetas scenicos hae sunt condiciones[8]:

Apud	Aeschylum	gen.: dat.: acc.	= 1 : 1 : 0,8;
„	Sophoclem	„ „ „	= 1,5 : 1 : 1;
„	Euripidem	„ „ „	= 1 : 1 : 1,25;
„	Aristophanem	„ „ „	= 1,5 : 1 : 1,5.

Pauca addam de iis praepositionibus, quae complures casus sibi adiungunt:

Διά apud omnes oratores longe plurimos locos accusativo tribuit; etiam *κατά* accusativo favet, sed non eodem modo neque apud omnes oratores, nam apud Hyperidem et Dinarchum genetivo numerum duplo fere maiorem dat.

Μετά et *ὑπέρ* apud omnes genetivum praeferunt atque *ὑπέρ* adeo, ut 738 genetivos et 14 tantum accusativos sibi nectat.

1) Progr. I p. 27.
2) Seidel p. 10.
3) Krebs p. 6.
4) Lina p. 6.
5) Lina p. 7.
6) Krebs p. 7.
7) Seidel p. 9.
8) Mommsen Pr. I p. 17.

Inter eas praepositiones, quae tres casus sibi iungunt, genetivum ceteris anteponunt *περί* et *ὑπό*; idem facit *παρά*, sed non aeque atque illae. *Περί* uno modo loco cum dativo coniungitur, Antiph. 5,6 *κινδυνεύοντα περὶ αὐτῷ*; *ὑπό* dativum spernit apud Antiphontem, Andocidem, Isaeum, accusativum apud Isaeum, Hyperidem, Dinarchum.

Πρός maxime accusativo favet; secundum locum dat dativo, tertium accusativo, ut condicio sit haec: Gen.: dat.: acc. = 1 : 3 : 24. *Ἐπί* dativo et accusativo pares fere numeros tribuit, ita tamen, ut apud plerosque dativum paulo magis praeferat; genetivus autem et dativo et accusativo aliquanto cedit.

Fortasse operae erit pretium tabulis ostendere, quos numeros praepositiones singulis casibus tribuant (Demosthenis praepositiones non numero)

gen.		dat.		acc.	
περί	2146	ἐν	2405	εἰς	1719
ἐκ	1621	ἐπί	595	πρός	1434
ὑπό	990	παρά	310	διά	938
ὑπέρ	738	πρός	171	κατά	737
παρά	571	ὑπό	43	περί	594
μετά	534	σύν	14	ἐπί	531
ἐπί	278	περί	1	μετά	167
ἀπό	268			παρά	162
κατά	227			ὑπό	23
διά	194			ὑπέρ	12
ἀντί	131			ἀνά	2
πρό	76				
πρός	59				

Apud Demosthenem hoc ordine praepositiones inter se sequuntur (coniecturam facere de omnibus orationibus non audeo):

gen.		dat.		acc.	
ἐκ	146	ἐν	190	εἰς	133
περί	102	ἐπί	54	ἐπί	108
ὑπέρ	73	παρά	54	κατά	71
ὑπό	65	πρός	21	διά	60
ἀπό	46	ὑπό	5	ἐπί	49
παρά	44	σύν	0	μετά	28
μετά	33	περί	0	παρά	15
κατά	32			περί	10
ἀντί	24			ὑπέρ	2
διά	23			ὑπό	1
ἐπί	19			ἀνά	0
πρό	18				
πρός	5				

Non multum interest inter Demosthenis usum et ceterorum. Praepositiones dativum sibi adiungentes eundem illum ordinem servant. Longissime suis locis discedunt ἐπί cum genetivo et περί cum accusativo coniuncta, maxime opera Isocratis, Lysiae, Aeschinis.

Liceat mihi ostendere, quomodo alii scriptores in hac re se gerant.

1. Plato.

gen.		dat.		acc.	
περί	1943	ἐν	4143	κατά	2017
ἐκ	1607	ἐπί	432	πρός	1946
ὑπό	1040	παρά	240	εἰς	1925
διά	560	πρός	229	περί	1317
μετά	510	σύν	30	διά	831
ἀπό	467	ὑπό	29	ἐπί	751
παρά	321	περί	7	μετά	404
ἐπί	169			παρά	341
ὑπέρ	147			ὑπό	33
ἀντί	136			ὑπέρ	20
πρός	117			ἀνά	11
πρό	101			ἀμφί	9
κατά	48				

2. Polybius.

gen.		dat.		acc.	
ἐκ	2130	ἐν	2412	κατά	4081
περί	1114	ἐπί	437	πρός	3253
διά	847	παρά	416	εἰς	2992
μετά	808	πρός	210	περί	1819
ἐπί	631	σύν	121	διά	1371
ὑπό	622	ὑπό	11	ἐπί	1318
ἀπό	620	περί	1	μετά	671
παρά	554			παρά	491
ὑπέρ	503			ὑπό	228
πρό	221			ὑπέρ	39
κατά	216			ἀνά	24
ἀντί	27				
πρός	3				

3. Plotinus.

gen.		dat.		acc.	
ἐκ	1127	ἐν	3310	εἰς	1462
ἐπί	676	ἐπί	269	πρός	1243
παρά	507	παρά	73	κατά	1196

gen.		dat.		acc.	
ἀπό	475	πρός	47	διά	586
πρό	324	σύν	35	περί	328
περί	322	ὑπό	8	ἐπί	310
διά	229	περί	1	μετά	191
μετά	212			παρά	154
ὑπό	183			ὑπό	61
κατά	76			ὑπέρ	40
ἀντί	34			ἀνά	14
ὑπέρ	14			ἀμφί	1
πρός	9				

Caput III.

De praepositionum repetitione.

In hoc capite mihi disserendum est, quomodo oratores Attici in repetitione praepositionum se gerant. Atque anquiram

1. quando ab omnibus oratoribus praepositio repetatur,
2. quando a nullo praepositio repetatur,
3. quando cum omnium consensione modo repetatur modo non repetatur et quando inter oratores dissensio exsistat.

1. Praepositio repetitur

a) si praepositionibus cum substantivis coniunctis articulus praemittitur. Isocr. 10,35 *τὰς τιμὰς ἡδίους οὔσας τὰς παρὰ τῶν μέγα φρονούντων ἢ τὰς παρὰ τῶν δουλευόντων.* Isocr. 10,23 *ὁ μὲν ἐκ Διός, ὁ δ'ἐκ Ποσειδῶνος.* 11,38 *τοὺς ἐκ τῶν ἀθανάτων γεγονότας ἢ τοὺς ἐκ τῶν ἀνθρώπων τῶν ἀνοσιωτάτων.* Lys. 13,33 *καὶ τὰ ἐν τῇ βουλῇ καὶ τὰ ἐν τῷ δήμῳ.*

b) si insequentibus verbis antecedens elocutio in partes dividitur. Lys. 2,9 *ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἐκινδύνευσαν, ὑπὲρ μὲν τῶν..., ὑπὲρ δὲ τῶν ἑτέρων.* Isaeus 1,47 *ἐν ἀμφοτέροις, καὶ ἐν τῷ δοῦναι καὶ ἐν τῷ λαβεῖν.* Isocr. 5,143 *δι' ἀμφότερα, διά τε τοὺς οὐκ εὐκαίρως αὐτῇ χρωμένους καὶ διὰ τὸ...*

c) si unum vel plura substantiva praepositionibus adiuncta per insequens pronomen demonstrativum excipiuntur. Andoc. 1,27 *περὶ τῶν μηνύτρων..., περὶ δὴ τούτων ἠμφισβήτουν.*

d) si interrogatio accuratius repetitur. Exempla eius modi pauca inveniuntur. Isocr. 4,184 *ἐπὶ τίνας δὲ στρατεύειν προσήκει..., οὐκ ἐπὶ τοὺς καὶ φύσει πολεμίους...;*

e) post particulas comparativas *ὡς, ὥσπερ, οἷον*; in hoc numero etiam ea enuntiata habenda sunt, quae inducuntur per pronomen relativum aut *καί* referenda ad antecedens *ὁ αὐτός.*

Isocr. 19,19 *ὑπὲρ ἐκείνων κινδυνεύειν ὥσπερ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ.* Andoc. 1,141 *περὶ ἐμοῦ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν, ἥνπερ καὶ περὶ τῶν ἐμῶν προγόνων.*

f) post omnes particulas adversativas, ut

μὲν	*δέ*
—	*δέ*
οὐ	*ἀλλά*
—	*ἀλλά*
οὐ	*καὶ οὐ*
οὐ μόνον	*ἀλλὰ καί.*

Exempla afferre opus esse non puto, cum apud omnes oratores plurima inveniantur. Uno tantum loco, quantum video, praepositio non repetitur post *οὐ μόνον — ἀλλὰ καί* . Lyc. 104 *οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς αὑτῶν πατρίδος ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς Ἑλλάδος.*

g) in asyndetis sive copulativis sive adversativis. Lys. 32,16 *οὐ μετὰ ἀκολούθου, οὐ μετὰ στρωμάτων, οὐ μετὰ ἱματίων, οὐ μετὰ τῶν ἐπίπλων.* Demosth. 18,124 *ἐν ταῖς εὐθύναις, ἐν ταῖς γραφαῖς, ἐν ταῖς ἄλλαις κρίσεσιν.* Isaeus 11,25 *κατὰ γένος.., οὐ κατὰ δόσιν.*

2. Praepositio a nullo unquam oratore repetitur, si ad unum substantivum complura adiectiva adduntur aut si unum adiectivum ad complura substantiva pertinet. Lys. 6,14 *ἐν τῷ σεμνοτάτῳ καὶ δικαιοτάτῳ δικαστηρίῳ.* Andoc. 1,145 *πρὸς πολλοὺς καὶ βασιλέας καὶ πόλεις καὶ ἄλλους.* Isocr. 19,20 *μετὰ τοιούτου θορύβου καὶ δέους.*

3. Restat, ut ostendam, quando lex ad omnes oratores et omnia exempla cadens dari non possit. Atque anquiram, quomodo oratores se gerant

a) post particulas copulativas *καί, καί-καί, τε-καί, τε-τε, οὐδέ, μηδέ, οὔτε-οὔτε, μήτε-μήτε.*

b) post particulas disiunctivas *ἤ, ἤ-ἤ, εἴτε-εἴτε.*

a) *α.* Post *καί* praepositio nunquam repetitur ab Hyperide, rarissime ab Isocrate. Nam octies tantum praepositionem repetit, tum maxime cum altera elocutio maioris momenti est. Quod ad significandum semel *μάλιστα* addit, Isocr. 12,121 *ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι καὶ μάλιστ' ἐν ταῖς μεγίσταις.*

Raro repetitur praepositio etiam a Dinarcho (semel), Demosthene (quinquies), Lycurgo (ter), Aeschine (novies); saepius a Lysia (decies), Antiphonte (octies), Andocide (ter); saepissime autem ab Isaeo, qui totiens praepositionem repetit quotiens supprimit (octies).

Multum interesse mihi videtur, quantum substantiva eandem praepositionem sequentia inter se distent; quo enim longius inter se distant, eo magis oratores parati sunt ad repetendam praepositionem.

β. Post particulas *καί-καί, τε-καί, τε-τε* praepositio semper repetitur ab Hyperide et Lycurgo, plerumque etiam a ceteris.

Isocr. 3,13 *καὶ διὰ τοὺς ἐξ ἀρχῆς προγόνους καὶ διὰ τὸν πατέρα καὶ δι' ἐμαυτόν*. Lys. 1,50 *καὶ περὶ τοῦ σώματος καὶ περὶ τῶν χρημάτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων κινδυνεύω*. Praepositio altera nonnunquam omittitur, si substantiva eandem praepositionem sequentia synonyma sunt vel arte inter se cohaerent. Quod non semper in Isocratem cadit, qui interdum illud non respiciens praepositionem alteram supprimit. Praepositionem non repetunt Antiphon duobus locis, Andocides duobus, Lysias duobus, Isaeus duobus, Isocrates viginti quattuor, Demosthenes uno, Aeschines duobus, Dinarchus duobus. Lys. 19,29 *ὑπὲρ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ πατρός*. Isaeus 10,15 *ἔκ τε τῶν εἰρημένων καὶ μεμαρτυρημένων*. Aeschin. 1,181 *καὶ πρὸς δικαιοσύνην καὶ ἐγκράτειαν*. Isocr. 12,94 *περί τε τοὺς εὐεργέτας... καὶ τοὺς βαρβάρους*. Isocr. 11,15 *ἔκ τε τῆς χώρας καὶ τῶν τεχνῶν*. Isocr. 12,42 *καὶ πρὸς Ἀργείους καὶ Μεσσηνίους*.

γ. Post *οὐδέ* (*μηδέ*) praepositio semper fere repeti solet. Antiph. 6,19 *μὴ ἐκ προνοίας μηδ' ἐκ παρασκευῆς*. Lys. 12,56 *οὐχ ὑπὲρ τῶν ἐν Πειραιεῖ οὐδ' ὑπὲρ τῶν ἀδίκως ἀπολλυμένων ἐστασίαζον*. Apud Demosthenem semel non repetitur, 18,297 *οὐκ ἀπὸ τῆς ἐμῆς πολιτείας οὐδὲ προαιρέσεως*; idem fit apud Hyperidem 3, XXXVIII, 6 *οὐ παρ' Εὐξενίππῳ οὐδὲ τῶν δικαστῶν τούτων οὐδενί*; idem apud Dinarchum 1,88 *οὐ γὰρ περὶ μικρῶν οὐδὲ τῶν τυχόντων*.

δ. Post *οὔτε-οὔτε* (*μήτε-μήτε*) praepositio semper repetitur. Antiph. 2, *α*, 10 *μήτε ὑπὸ τῶν παραγενομένων μήτε ὑπὸ τῶν εἰκότων ἐξελέγχονται*. Andoc. 1,56 *οὔτε μετὰ κακίας οὔτε μετ' ἀνανδρίας*.

b. *α*. Post *ἤ* (aut) praepositio a Demosthene tribus locis supprimitur, nullo loco repetitur. 18,99 *ὑπὲρ σωτηρίας ἢ ἐλευθερίας*. Ab Isocrate totiens repetitur quotiens supprimitur (sexies); a reliquis multo saepius repetitur quam supprimitur. Isocr. 12,240 *μετὰ τῶν ἐπαινούντων ἢ τῶν ψεγόντων*. Isocr. 10,56 *κατὰ σύνεσιν ἢ κατ' ἄλλο τι*. Hyper. 3, XLIII, 8 *καθ' ἕνα ἢ ἄθρους*. Hyper. 1, XXIV, 2 *δι' ἄγνοιαν ἢ δι' ἀπειρίαν*. Aeschin. 1,79 *ἐκ τοῦ νόμου ἢ ψηφίσματος*. Aeschin. 3,42 *οἱ ὑπὸ τῆς βουλῆς τῆς ὑμετέρας στεφανούμενοι ἢ ὑπὸ τοῦ δήμου*. Omnino praepositio 31 locis repetitur, 19 supprimitur. Etsi legem certam invenire non potui, tamen ea, quae supra (s. a, *α*) de particula *καί* dixi, etiam huc cadere mihi videntur.

β. Post *ἤ-ἤ* praepositio nusquam supprimitur nis ihis locis: Demosth. 54,25 *ἢ δι' οἶνον ἢ δι' ὀργὴν ἤ τιν' ἄλλην αἰτίαν*. Dinarch. 1,96 *ἢ διὰ ψηφίσματος ἢ νόμου*.

γ. Post particulam *ἤ* significantem idem atque Latinum ,quam' praepositio repeti solet. Ab Isocrate novies supprimitur, ab Andocide semel, ab Aeschine semel; a ceteris oratoribus repetitur (52 locis). Andocid. 1,40 *παρὰ τῆς πόλεως... μᾶλλον ἢ παρ'*

ἡμῶν. Lys. 2,5 *μᾶλλον ἐκ τῶν κινδύνων ἢ ἐκ τῶν σωμάτων.* Isocr. 6,76 *μηδὲ περὶ ἓν ἄλλο διατρίβειν ἢ περὶ τὸν πόλεμον.* Andoc. 4,25 *περὶ πάντων μᾶλλον ἢ τῶν κατηγορηθέντων ἀπολογήσεσθαι.* Aeschin. 2,28 *ἀφικνουμένου . . ἐπὶ κατασκοπῇ μᾶλλον τῶν πραγμάτων ἢ πολιορκίᾳ.* Isocr. 3,22 *ἐκ τῶν ἔργων ἄν τις οὐχ ἧττον ἢ τῶν λόγων πιστεύσειεν.*

δ. Post *εἴτε-εἴτε* praepositio repetitur. Isaeus 9,8 *εἴτε κατὰ γένος εἴτε κατὰ δόσιν.* Isaeus 6,21 *εἴθ' ὑπὸ φαρμάκων εἴθ' ὑπό νόσου εἴθ' ὑπ' ἄλλου τινός.*

Denique supprimere nolo omnium oratorum maxime a repetitione abhorrere Isocratem videri, repetitioni maxime favere Isaeum. Quod eo magis est mirandum, cum in singulis paginis Isocratis paene quaternae denae, Isaei undenae tantum praepositiones reperiantur.

Caput IV.

De praepositionum collocatione.

A. De interpositione.

Praepositionem ea vox, quacum illa coniuncta est, sequi solet. Sed non raro singulae vel binae vel ternae voculae interponuntur.

Tres voculae, quantum video, uno loco interponuntur, apud Isaeum 11,13 *ἐπὶ δὲ τοῦ παιδὸς ὀνόματι.* Insequentibus igitur tabulis demonstrabo, quot locis apud oratores praepositio singulis vel binis voculis a casu suo dirimatur.

Praepositio disiungitur a casu suo

		singulis voculis		binis voculis	
apud	Antiphontem	59	locis	8	locis
„	Andocidem	37	„	5	„
„	Lysiam	131	„	21	„
„	Isaeum	71	„	7	„
„	Isocratem	519	„	52	„
„	Demosthenem	49	„	5	„
„	Lycurgum	18	„	2	„
„	Hyperidem	14	„	1	„
„	Aeschinem	92	„	10	„
„	Dinarchum	29	„	1	„
Apud omnes oratores		1019	locis	112	locis.

		Numerus interpos.	Numerus praepos.	Ratio
Apud	Antiphontem	67	842	1 : 12,6
„	Andocidem	42	921	1 : 22
„	Lysiam	152	3 115	1 : 20
„	Isaeum	78	1 572	1 : 20
„	Isocratem	571	6 679	1 : 11,7
„	Demosthenem	54	1 431	1 : 26,5
„	Lycurgum	20	592	1 : 31
„	Hyperidem	15	523	1 : 37
„	Aeschinem	102	2 704	1 : 26,5
„	Dinarchum	30	743	1 : 25
Apud	omnes oratt.	1 131	19 122	1 : 17.

Quibus ex tabulis cognoscere possumus minores natu oratores interpositioni minus favere quam maiores. Quodsi nemo posteriorum quinque aequum interpositionum numerum praebet ac priores, verisimile esse mihi videtur illos auctores non temere, sed consilio hoc modo se gessisse.

Voculae, quae interponuntur, sunt hae:

a) Singulae.

δέ	interponitur	522	locis
μέν	„	246	„
τέ	„	109	„
γάρ	„	74	„
γέ	„	40	„
τοίνυν	„	10	„
οὖν	„	5	„
δή	„	5	„
μέντοι	„	2	„
genetivus	„	2	„
πολύ	„	1	„
πάνυ	„	1	„
δίς	„	1	„
οὕτω	„	1	„

Liceat mihi indicare, ubi voculae raro interpositae inveniantur. Qua in re ut omnia exempla complectar, etiam ea affero, ubi adiectivum adverbio adiecto maiorem vim adipiscitur. Lys. 19,8 *ἐν οὕτω δεινῷ*. Isocr. 4,108 *πρὸς δὶς τοσαύτας*. Isocr. 15,155 *ἐν πάνυ μετρίοις*. Andoc. 1,109 *ἐκ πολὺ ἐλάττονος*. Lyc. 40 *ἐπὶ γήρως ὀδῷ*. Hyper. 1, XX, 13 *ἐπὶ γήρως ὀδῷ*. Antiph. 5,86 *κατὰ μέντοι*. Isae. 10,22 *περὶ μέντοι*.

Δή interponitur Andoc. 1,27 *περὶ δὴ τούτων*. Isocr. 4,90 *πρὸς δὴ τὸν...* Isocr. 4,57 *ἐκ δὴ τούτων*. Dem. 36,19 *περὶ δὴ τούτων*. Aesch. 3,17 *πρὸς δὴ ταύτην*.

Οὖν interponitur Antiph. 1,10 *διὰ οὖν ταῦτα.* Lys. 19,29 *ἐν οὖν τέτταρσιν.* Lys. 19,58 *ἐν οὖν τοσούτῳ χρόνῳ.* Lys. 4,20 *πρὸς οὖν παίδων.* Isocr. 8,131 *ἐν οὖν ταῖς ἀπορίαις.*

b) Binae.

μὲν οὖν	interponitur	71	locis
μὲν γάρ	"	26	"
μὲν τοίνυν	"	6	"
τε γάρ	"	4	"
δ' οὖν	"	1	"
μέν γε	"	1	"
τε οὖν	"	1	"
μὲν δή	"	1	"
δὲ δή	"	1	"

Aesch. 3,15 *πρὸς δὲ δὴ τὸν..* Dem. 18,10 *περὶ μὲν δὴ τῶν..* Isae. 3,9 *περί τε οὖν τούτων.* Lys. 26,20 *διὰ μέν γε τοὺς..* Lys. 6,23 *ἐκ δ' οὖν τούτου..*

τε γάρ interponitur Antiph. II, *β*, 3 *ἔκ τε γὰρ αὐτοῦ.* Antiph. III, *β*, 10 *ἐπί τε γὰρ τῇ..* Antiph. II, *β*, 7 *ὑπό τε γὰρ τοῦ..* Isocr. 3,32 *πρός τε γὰρ τοὺς πολίτας.*

μὲν τοίνυν interponitur Lys. 12,79 *περὶ μὲν τοίνυν Θηραμένους.* Lys. 16,9 *περὶ μὲν τοίνυν ταύτης...* Isocr. 15,30 *ἐκ μὲν τοίνυν τῆς γραφῆς.* Isocr. 15,78 *ἐν μὲν τοίνυν τῷ πρώτῳ λόγῳ.* Dem. 18,268 *ἐν μὲν τοίνυν τοῖς..* Dem. 18,274 *παρὰ μὲν τοίνυν τοῖς..*

Hic quaerat quispiam, post quas praepositiones oratores interpositioni faveant, post quas vitent. Ad hoc pauca dicam:

Post praepositiones *ἀνά* et *σύν* vocula non interponitur, raro post *πρό* et *ἀπό*, saepissime post *περί*, *ἐν*, *πρός*. Quo igitur maior est numerus praepositionum, eo maior est interpositionum numerus. Quod ut clarius luceat, tabulis demonstrabo eundem fere ordinem nobis occurrere, si praepositiones secundum suos numeros et interpositionum enumeramus.

Numerus

praepositionum			interpositionum	
περί	2853	post	*περί*	278
ἐν	2595	"	*ἐν*	175
εἰς	1852	"	*πρός*	167
πρός	1798	"	*ἐκ*	84
ἐκ	1767	"	*ἐπὶ*	84
ἐπί	1526	"	*διά*	65
διά	1215	"	*μετά*	47
παρά	1156	"	*ὑπό*	43
ὑπό	1127	"	*εἰς*	40
κατά	1067	"	*ἀντί*	39

Numerus

praepositionum			interpositionum	
ὑπέρ	825	post	κατά	34
μετά	762	„	παρά	32
ἀπό	314	„	ὑπέρ	30
ἀντί	155	„	ἀπό	8
πρό	94	„	πρό	5
σύν	14	„	σύν	0
ἀνά	2	„	ἀνά	0

Locis suis longius motas esse videmus praepositiones *μετά* et *ἀντί*; haec saepe adhibetur in antithesi *ἀντὶ μὲν — ἀντὶ δέ*, post illam autem propterea tam saepe interponitur, quod semper repetitur *μετὰ δὲ ταῦτα*. Idem cadit in *πρός*; saepissime enim nobis occurrit *πρὸς δὲ τούτοις*. Post eas praepositiones, post quas pro numeris raro voculae interponuntur (*εἰς*, *ἀπό*, *παρά*), non tam interpositio vitata esse quam occasio interponendi vel causa defuisse mihi videtur. Quae cum ita sint, oratores post alias praepositiones verba interponere veritos esse, post alias interpositioni favisse non puto. Neque verisimile est, quantum video, oratores Atticos saepe voces intercalare hiatus vitandi causa; nam saepissime interpositione ipsa efficitur, ut hiatus fiat. Accedit, quod post praepositionem *πρός* permultis locis voculae interponuntur, ita ut numerus interpositionum ad rationem numeri praepositionum sit 1 : 10, 7, cum post alias praepositiones in vocalem exeuntes multo rarius intercalentur voces, ut post *ἀπό*, *παρά*, *κατά*. Apud *ἀπό* invenimus hanc rationem: num. interp.: num. praep. = 1 : 39,
apud *παρά* „ „ „ „ = 1 : 36,
apud *κατά* „ „ „ „ = 1 : 31.

B. De praepositionis *περί* anastropha.

Cum apud alios auctores praepositio *περί* saepius post casum suum ponatur (apud Plotinum quinquies,[1] apud Platonem autem 338 locis),[2] de hac re mihi pauca dicenda sunt, nam duobus tantum locis anastropha invenitur apud oratores Atticos. Antiph. 1, 21 *οὗτος δὲ τοῦ μὲν τεθνεῶτος πέρι οὐδὲν ὑμᾶς αἰτήσεται.* Andoc. 3, 34 *εἰρήνης δὲ πέρι πρεσβεύοντας.*

1) cf. Seidel p. 23.
2) cf. Lina p. 29.

Caput V.

De hiatu.

In hiatu tractando eas lectiones sequar, quae in iis editionibus, quas supra attuli, inveniuntur. Etsi enim non puto illas omnibus locis genuinum textum continere, tamen haud facile semper est diiudicatu, quae recta lectio sit.

Quod ad rem ipsam attinet, praepositiones *ἀπό*, *κατά*, *μετά*, *ἐπί* respiciam. Atque primum quidem ostendere conabor, ut oratores se gerant, si praepositionis terminans vocalis et vocis cum ea coniunctae vocalis incipiens colliduntur, deinde si vocalis incipiens praepositionis cum terminanti vocali antecedentis vocis congreditur.

Tres tantum locos afferre possum, ubi vocalis *ο* praepositionis *ἀπό* cum insequentis vocis incipienti vocali, quae est *ι* aut *α*, hiat: Lys. 31, 3 *ἀπὸ ἴσης*. Isae. 5, 42 *ἀπὸ ἰδίας*. Isae. 6, 14 *ἀπὸ Ἀριμνήστου*.

Eundem hiatuum numerum assequitur praepositio *κατά* (vocalis incipiens semper est *α*):

Isae. 9, 6 *κατὰ Ἀστυφίλου*. Din. 2, 2 *κατὰ Ἀριστογείτονος*. Din. 2,6 *κατὰ Ἀριστογείτονος*.

Vocalis *α* praepositionis *μετά* hiat

cum *α*: Andoc. 3,28 *μετὰ Ἀργείων*. Lys. 14,38 *μετὰ Ἀδειμάντου*. Lys. 32, 16 *μετὰ ἀκολούθου*. Lyc. 125 *μετὰ ἀληθείας* (contra invenitur Lyc. 129 *μετ'ἀληθείας*; ex quo verisimile fit etiam in paragrapho 125 vocalem praepositionis esse elidendam). Din. 1,20 *μετὰ Ἀλεξάνδρου*. Din. 1,28 *μετὰ Ἀντιπάτρου*. Din. 1,89 *μετὰ Ἁρπάλου*.

cum *ε*: Isae. 3, 29 *μετὰ ἑνός*. Isae. 8,7 *μετὰ ἐνιαυτοὺς τέτταρας*.

cum *ι*: Lys. 12,42 *μετὰ Ἰατροκλέους*. Lys. 32,16 *μετὰ ἱματίων*. Isae. 2, 6 *μετὰ Ἰφικράτους*.

cum *ευ*: Lys. 19, 19 *μετὰ Εὐνόμου*.

Praepositio *ἐπί* his locis hiatus praebet: Cum praepositionis vocali *ι* hiat

vocalis *α*: Lys. 21, 3 *ἐπὶ Ἀλεξίου*. Isae. 3, 27 *ἐπὶ ἁμάρτημα*. Isae. 3, 73 *ἐπὶ ἅπαντι τῷ κλήρῳ* (non alienum esse videtur cum hoc loco duos alios eiusdem oratoris comparare: Isae. 5,8 *ἐφ' ἅπαντι τῷ κλήρῳ*. Isae. 5, 12 *ἐπὶ παντὶ τῷ κλήρῳ*. Commentarium addere supervacaneum est).

vocalis *ε*: Lyc. 57 *ἐπὶ ἐμπορίᾳ*.

diphthongus *ευ*: Din. 1, 96 *ἐπὶ Εὐβούλου*.

Ex locis allatis, id quod est dignum quod respiciamus, cognoscitur maiorem hiatuum numerum tum fieri, cum insequitur nomen proprium. Apud neminem oratorum multi hiatus inveniuntur, ex quo intellegi potest hiatum vitari solere ab oratoribus.

Prorsus ab eo abhorrent Antiphon, Isocrates, Demosthenes, Hyperides, Aeschines.

Restat, ut paucis disseram, quomodo oratores se gerant, si praepositionis ἐπί vocalis incipiens cum terminanti antecedentis vocis vocali congreditur. Hiatum evitat diligenter Isocrates; nusquam admittit nisi uno loco, 21,9, ubi nobis occurrit ἢ ἐπί. Ceteri hiatum modo admittunt modo evitant licentia satis magna usi.

Caput VI.

De praepositionis ἐπί usu.[1]

Tribus casibus, quos haec praepositio usurpat, oratores hos numeros tribuunt:

	gen.	dat.	acc.
Antiphon	9	30	16
Andocides	9	39	16
Lysias	48	110	74
Isaeus	13	74	43
Isocrates	123	189	209
Demosthenes	19	54	49
Lycurgus	9	21	14
Hyperides	13	15	7
Aeschines	45	89	136
Dinarchus	9	28	16
	297	649	580

Omnes igitur oratores genetivo minimos numeros concedunt, maximos autem dativo Isocrate et Aeschine exceptis, qui accusativo favent.

Notio propria respondet particulae Germanicae „auf“ atque ita ut semper aliquid superficiem alicuius rei tangat.

1. Cum genetivo.

I. Notio localis.

a) Indicatur locus, ubi aliquid est vel movetur vel agitur. Cum ἐπί coniungitur plerumque genetivus locorum vel rerum, raro hominum. Redditur

1) De praepositione ἐπί praeter libros grammaticos et eos, quos supra indicavi, cf. U. Schaarschmidt, de ἐπί praepositionis apud Pausaniam Periegetam vi et usu. Lipsiae 1873. C. Kuemmel, de praepositionis ἐπί cum casibus coniunctae usu Thucydideo. Bonnae 1875.

α) nostra particula ,auf', Latina ,in'. Pendet a verbis, quae significant ,stare, sedere, iacere, habitare', ut *ἑστηκέναι, καθῆσθαι, κεῖσθαι, κατοικεῖν*. Antiph. 6,40 *ἑστὼς μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος*. Aesch. 3, 257 *ἐπὶ τοῦ βήματος ἀντιπαρατεταγμένους*. Lys. 13,37 *ἐκάθηντο ἐπὶ τῶν βάθρων*. Lys. 13,52. And. 1,112 *ἱκετηρία κεῖται ἐπὶ τοῦ βωμοῦ*. Isocr. 5, 112 *τῶν ἐθνῶν τῶν ἐφ' ἑκατέρας τῆς ἠπείρου τὴν παραλίαν κατοικούντων*. Isocr. 12, 166.

Utrumque, et esse et moveri, inest in Isocr. 4,32 *οἱ πρῶτοι φανέντες ἐπὶ γῆς*.

Verba motum significantia, quae cum *ἐπί* coniunguntur, sunt haec potissimum: *Φέρειν, ἄγειν, ὀχεῖσθαι, πλεῖν, κομίζειν*. *Ἐπί* hac ratione cum genetivo copulatum Latino ablativo instrumenti redditur. And. 1,61 *φερόμενός τε ἐπὶ κλίνης*. Isocr. 19,39. Dinarch. 1, 36. And. 1, 45 *ἐπὶ ζεύγους ἦγον εἰς τὸ πρυτανεῖον*. Aesch. 3,52 *περιάγων τὸν στρατηγὸν ἐπὶ τῆς νεώς*. Lys. 24, 11 *ἐπ' ἀστράβης ἂν ὠχούμην*. Lys. 24,12. Isae. 11,41 *ἵππον λαμπρὸν ἐφ' οὗ ἐφυλάρχησε*. Aesch. 2,111 *συμπαρῄειν ἐφ' ἵππου*. Lys. 21,6 *ἔπλει ἐπὶ τῆς ἐμῆς νεώς*. Lys. 21,8. Lys. 19,24 *ἐκομίσθη γὰρ αὐτοῖς ἐπὶ τῆς τριήρους*. Ad usum metaphoricum inclinat Aesch. 3,253 *ἐπ' ὀνομάτων διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα*, quem locum Carolus Mueller Latine vertit „verbis quasi navigio per rempublicam navigantem".

Non tam arte *ἐπί* cum genetivo coniunctum cum iis verbis cohaeret, quae aliquid fieri vel agi exprimunt. Lys. 6,52 *ἔθυσαν ἐπὶ τῶν βωμῶν*. Isocr. 5,129 *τῶν ἐπὶ τοῦ βήματος μαινομένοις*. Lys. 10, 15. Isocr. 5,81. Isocr. 8, 54. Isocr. 12, 143. Dem. 18, 312. Aesch. 2,44. Aesch. 3,167. Isae. 5,25 *ἐπὶ τοῦ βήματος σπεύδοντες*. Isocr. 6, 68 *ἐπὶ τῶν βωμῶν σφάττουσιν ἀλλήλους*. Antiph. 5, 42 *τοῖς δὲ ἐπὶ τοῦ τροχοῦ λεγομένοις*. Hyper. 1, XXXIX, 21 *οἱ λῃσταὶ οἱ ἐπὶ τοῦ τροχοῦ κλαίοντες*. Isocr. 4,35 *πολλὰς μὲν ἐπ' ἑκατέρας τῆς ἠπείρου πόλεις ἔκτισαν*.

Interdum si *ἐπί* cum casu coniunctum adiectivi loco ad substantivum aut ad articulum solum additur, participium supplendum est, ut Isocr. 7,52 *τὰς κατασκευὰς τὰς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν*. Isocr. 8,121 *τὴν ἐπὶ τοῦ βήματος δυναστείαν*.

β) Deinde notio propria ita mutatur, ut *ἐπί* significet idem atque vernaculum „in" vel „an" vel „bei". *Ἐπί* particula cum nominibus terrarum coniuncta modo respondet nostrae „in" modo „über-hin" vel „durch-hin", interdum „an der Grenze". Isocr. 4, 176 *τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ τῆς Εὐρώπης*. Isocr. 7, 9. Isocr. 15, 108. Isocr. 5, 152 *τοῖς βαρβάροις τοῖς ἐπὶ τῆς Εὐρώπης κατοικοῦσι*. Isocr. 12, 103. Aesch. 2, 9 *τὸν ἐπὶ Θρᾴκης τόπον*. Aesch. 3, 73. Quater nobis occurrit *ἐπὶ ξένης* (sc. *χώρας*) vel *ἐπὶ ἀλλοτρίας*. Isocr. 4, 168 *ἐπὶ ξένης μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν ἀλᾶσθαι*. Lys. 12, 98. Isocr. 19, 23. Isocr. 10, 50 *μένοντες ἐπὶ τῆς ἀλλο-*

τρίας. Huc spectat etiam Antiph. 2, *γ*, 9 *ἐπὶ ξενίας* (sc. *τραπέζης*) *πτωχεύσω*.

Copulatum cum genetivo aliorum locorum *ἐπί* reddendum est vernaculo „an" vel „in" vel „bei". Lyc. 40 *ὁρᾶν δ' ἦν ἐπὶ μὲν τῶν θυρῶν γυναῖκας*. Isae. 8, 27 *ἐπὶ τοῦ μνήματος* (ad sepulcrum) *ἐμοῦ ποιουμένου λόγους*. Hyper. 3, XXXIII, 8 *ἢ ἐπ' ἐργαστηρίου ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ*. Isocr. 7, 15. Aesch. 1, 74. Antiph. 5, 44 *ἐπ' ἀκτῆς ἢ κατὰ πόλιν*. Aesch. 1, 40 *ἐκάθητ' ἐν Πειραιεῖ ἐπὶ τοῦ Εὐθιδίκου ἰατρείου*. Aesch. 1, 41. Isocr. 15, 287. Dem. 18, 216 *τὴν ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ* (sc. *μάχην*). And. 2, 14 *οἱ ἐπὶ στρατιᾶς ὄντες*. Dignus, qui citetur, hic locus mihi videtur esse: Isocr. 12, 203 *τοῦτο δὲ ῥηθὲν οὕτω βραχὺ καὶ μικρὸν αἴτιον ἐγένετο τοῦ μήτε καταλῦσαί με τὸν λόγον ἐφ' ὧν ἐβουλήθην*. Baiter sic vertit: „Hoc ita breviter et paucis dictum in causa fuit, ne ibi finirem orationem, ubi decreveram", i. e. ich hörte nicht auf bei (mit) den Worten, bei (mit) denen ich es mir vorgenommen hatte.

Duos locos, qui huc spectare mihi videntur, affero. Hyper. 1, VI, 22 *ἐπὶ κεφαλαίου γράψασα*. Aesch. 3, 238 *ἐπὶ τελευτῆς ἐνέγραψεν ἐν τῇ ἐπιστολῇ* (cf. p. 32).

Sed personarum quoque genetivus invenitur. Isocr. 5, 116 *ὁρῶ . . . τὰς δὲ πραότητας οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἁπάντων εὐδοκιμούσας*, ubi vertendum est „in hominibus", „an den Menschen", i. e. homines si sunt lenes, celebrantur vel „homines propter mansuetudinem celebrantur". Isocr. 8, 114 *ἃ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁρᾶτε, ταῦτ' ἐφ' ὑμῶν αὐτῶν ἀγνοεῖτε*. Isocr. 8, 119. Hoc loco citandum esse puto Dem. 54, 42 *ἐφ' ὅτου ποτ' ἂν συμβῇ*, quae dicere volunt „an wem es sich ereignet", „cuicunque acciderit".

b) Exprimitur locus, quo quid movetur vel se movet, atque ita ut ille locus ut finis constitutus vere petatur. Post nonnulla verba auctorum Graecorum usus discedit modo a Latinis modo a nostratibus, quibus in verbis numeranda sunt *ἱστάναι*, *καθέζεσθαι*. Lys. 3, 11 *φύλακας δὲ κατέστησαν ἐπὶ τοῦ τέγους*. Contra Din. 1, 23 *τὴν Ὀλυνθίαν παιδίσκην ἔστησεν ἐπ' οἰκήματος*, ubi *ἔστησεν* intellegendum est „prostituit", „er stellte auf = er hielt feil". Lys. 2, 11 *ἱκέται ἐπὶ τῶν βωμῶν ἐκαθέζοντο*. Huc spectat Dem. 18, 281 *οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς*, i. e. secundum Voemelium „non eadem ancora nititur qua populus". Nos sic vertere possumus: „Er wirft seinen Anker nicht da aus, wo es der grosse Haufe thut".

Raro cum genetivo coniungitur *ἐπί* pendens a verbo mittendi vel proficiscendi, nam hanc vim plerumque accusativus sibi vindicat. Duo tantum exempla afferre possum: Isocr. 16, 29 *ὅτε Φορμίων ἐξήγαγεν ἐπὶ Θρᾴκης χιλίους Ἀθηναίων ὁπλίτας*, qui locus sic est intellegendus: „Cum infesto animo in Thraciam duxisset". Dem. 18, 87 *παρελθὼν ἐπὶ Θρᾴκης*. Semel nobis occurrit *τῆς*

ἐπὶ Θρᾴκης ὁδοῦ, Aesch. 2, 98, ubi participium, ut φερούσης, supplendum est. Nos vernacula lingua dicimus „der Weg, der nach Thracien (hinein) führt".

Ad usum metaphoricum spectant haec exempla: Isocr. 11, 46 μάλιστα δ' ἂν κατίδοις τὴν εὐήθειαν τῶν εἰρημένων ἐπὶ σαυτοῦ θεωρήσας. Din. 1, 75 θεωρήσατε δὴ πάλιν καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως.

II. Notio temporalis.

Significatur aliquid fuisse vel factum esse tempore sive memoria alicuius. In regum et principum nominibus ἐπὶ indicat illis regnantibus aliquid factum esse. Redditur nostro „unter", cum Latini reddant ablativo, qui dicitur absolutus. Oratores Attici participium praesentis (ἄρχοντος, βασιλεύοντος) modo addunt modo omittunt atque id referre mihi videtur, utrum homines, de quibus dicitur, munere legitimo functi sint necne. Ut exemplum afferam, participium nunquam invenitur in ἐπὶ τῶν τριάκοντα. Lys. 7, 9 ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος. Sed duobus locis ea, quae modo dixi, negleguntur: Lys. 21, 2 ἐπὶ Διοκλέους. Din. 1, 96 ἐπὶ Εὐβούλου.

Sed non solum cum nominibus regum vel principum, denique hominum celebriorum ἐπὶ coniungitur, sed etiam aliorum hominum, qui munere publico functi non sunt, maxime cum prononiminibus. Respondet vernaculo „zur Zeit", Latino „temporibus, aetate alicuius". And. 1, 75 ἐπὶ τῶν τυράννων. Isocr. 15, 113 ἐπί γε τῶν προγόνων. Aesch. 3, 178. Lys. 34, 4 ταῖς ἐφ' ἡμῶν ὀλιγαρχίαις γεγενημέναις. Isocr. 4, 120. 6, 48. 6, 67. 6, 101. 10, 22. 12, 26. 14, 40. Dem. 18, 100. Aesch. 2, 31. 3, 132. Isocr. 4, 114 τὰς ἀνομίας τὰς ἐπὶ τούτων γενομένας. Isocr. 6, 110 τὰς μάχας τὰς ἐφ' αὐτῶν γενομένας. Isocr. 9, 5. 16, 31. 16, 34. Isocr. 8, 123 ἐπὶ μὲν ἐκείνων. Isocr. 8, 124 ὡς ἐφ' ἑκατέρων αὐτῶν ἡ πόλις ἔπραττεν. Isocr. 12, 191 ἐφ' ὧν. Isocr. 4, 103.

Saepe abstractum pro concreto ponitur. Isocr. 4, 112 ἐπὶ δὲ τῆς τούτων ἀρχῆς. Isocr. 4, 113. 8, 86. 8, 88. 12, 63. 18, 17. Dem. 18, 150. Isocr. 4, 103 ἐπὶ τοίνυν τῆς ἡμετέρας ἡγεμονίας. Isocr. 12, 59 ἐπὶ τῆς ἡμετέρας δυναστείας. Isocr. 12, 68. Lys. 22, 9 ἐπὶ τῆς προτέρας βουλῆς. Andoc. 1, 77. Isocr. 7, 55. Andoc. 1, 73 ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτανείας. Isocr. 15, 127 ἐπὶ τῆς ἐκείνου στρατηγίας. Lys. 6, 29 ἐπὶ δημοκρατίας. Isocr. 7, 69. Lys. 11, 9 ἐπ' ὀλιγαρχίας ἐτελεύτησεν. Isocr. 7, 69. 18, 35. 18, 40. 20, 4. Isocr. 8, 69 ἐπὶ τῆς πολιτείας τῆς παρ' ἡμῖν καθεστηκυίας.

Deinde ἐπί cum iis substantivis coniungitur, quae ipsa spatium temporis vel tempora significant. Isocr. 16, 15 ἐπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου. Isocr. 12, 209 τῶν ἐπὶ τῆς ἡλικίας (sua aetate) πραχθέντων. Isocr. 4, 167 ἄξιον δ' ἐπὶ τῆς νῦν ἡλικίας ποιήσασθαι τὴν στρατείαν. Isocr. 6, 17 ἐπὶ δὲ τρίτης γενεᾶς εἰς Δελφοὺς ἀφίκοντο. Isae. 6, 18 ἐπὶ γήρως δὲ αὐτῷ συμφορὰ ἐγένετο οὐ μικρά. Isocr. 5, 12. Aesch. 2, 27 ἐπὶ τῶν καιρῶν τούτων.

Aesch. 3, 226. 3, 234. Aesch. 3, 220 *καὶ τὸ μὲν διὰ χρόνου λέγειν σημεῖόν ἐστιν ἐπὶ τῶν καιρῶν καὶ τοῦ συμφέροντος ἀνδρὸς πεπολιτευμένου.* Hunc locum Carolus Muellerus sic vertit: „Et vero cum aliqua temporis intermissione dicere virum indicat, qui cum tempora postulant et utilitas communis, ad rempublicam accedit". Aesch. 3, 211 *ἐπὶ τοιαύτης ἀκαιρίας.* Aesch. 3, 150 *ἐπὶ τοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου.*

Hic citandam esse puto elocutionem *ἐπὶ τελευτῆς*, in qua modo vis localis modo temporalis praevalet (cf. p. 30). Invenitur apud Isocr. 4, 122. 15, 65. 15, 88. Vis temporalis inesse mihi videtur in *ἐπί*, quod exstat Aesch. 3, 191 *ὃς πολλάκις πρὸς ἐμὲ διεξῄειν ἐπὶ σχολῆς*, sed ita quoque intellegi potest, ut significet, qua ratione actio fiat.

Saepe *ἐπί* cum genetivo copulatum ita accipiendum est, ut aliquid fiat non modo aetate alicuius, sed illo auctore vel adiutore. Lys. 12, 65 *τὴν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων πολιτείαν.* Isocr. 8, 108 *τῆς ὀλιγαρχίας τῆς ἐπὶ τῶν τετρακοσίων καταστάσης.* Isocr. 8, 123 *τὰς φυγὰς τὰς ἐπὶ τῶν τριάκοντα γενομένας.* Isocr. 5, 95 *τὰς δεκαρχίας τὰς ἐπὶ Λακεδαιμονίων*, quo idem fere dicitur atque Latino „a Lacedaemoniis constitutos".

III. In oratione translata

a) Vis illa „bei, in der Nähe" adepta est significationem „in Gegenwart, vor", quae Latin aparticula „coram" redditur. Praecipue commemorandae sunt elocutiones *ἐπὶ μαρτύρων, ἐπὶ δικαστηρίου, ἐπὶ διαιτητοῦ*, i. e. „coram testibus, coram iudicibus". Antiph. 2, γ, 8 *οὐ γὰρ ἐπὶ μαρτύρων ἀλλὰ κρυπτόμενα πράσσεται τὰ τοιαῦτα.* Isae. 7, 29. Isae. 5, 1 *τὰ ὡμολογημένα ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου.* Isae. 5, 19. 5, 25. 5, 29. Isocr. 15, 49. Hyper. 2, II, 5. Aesch. 1, 114. Isae. 12, 11 *ἡμεῖς μὲν τοὺς συγγενεῖς μάρτυρας καὶ ἐπὶ διαιτητῶν καὶ ἐφ' ἡμῶν παρεχόμεθα.* Isae. 12, 9.

Significatio „coram aliquo" ita dilatatur, ut respondeat nostro „unter dem Schutze", Latino „in tutela alicuius". Duo exempla afferre possum: Lys. 31, 9 *ἐν Ὠρωπῷ μετοίκιον κατατιθεὶς ἐπὶ προστάτου ᾤκει.* Lys. 31, 14.

b) Notio localis et notio temporalis inter se tangunt atque ita, ut modo haec praevaleat modo illa. Id fit in iis potissimum elocutionibus, quas nos vertimus „unter solchen Umständen, in solcher Lage, unter diesen Verhältnissen, in diesem Punkte, in dieser Hinsicht".

Hoc modo usurpatum *ἐπὶ* idem fere valet atque *ἐν*. Isocr. 11, 27 *τοὺς δ' ἐπὶ πάντων* (in omnibus rebus) *ὁμοίως ἐμμένοντας τῇ τάξει.* Isocr. 10, 7. 15, 128. 15, 184. 15, 292. Aesch. 1, 189. Isocr. 12, 85 *ἣν ἐπὶ τοῦ μέρους τούτου* (in hac parte) *δόξω τισὶ τῶν καιρῶν ἀμελεῖν.* Lyc. 64 *ὅταν οὖν ταύτην ἐφ' ἑνός τις παρίδῃ, λέληθεν ἑαυτὸν ἐφ' ἁπάντων τοῦτο πεποιηκώς*, i. e. si in uno (in einem Punkte) neglexerit. Isocr. 8, 107 *καὶ*

ταῦτ' ἴδοι τις ἂν ἐπὶ τῶν μεγίστων, qui locus dicere vult „id in maximis rebus cerni potest". Isocr. 8, 109. Isocr. 5, 146 *οὐ μόνον δ' ἐπὶ τούτων αὐτοὺς ὄψει τὴν γνώμην ταύτην ἔχοντας ἀλλ' ἐπὶ πάντων ὁμοίως.* Baiterus hunc locum vertit: Neque erga hos tantum illos eo animo esse videbis, sed aeque in omnes; equidem melius sic accipi puto: .. Non modo in his rebus (bei diesen Gelegenheiten) .., sed aeque in omnibus. Idem cadit in Dem. 18, 99. Isocr. 15, 262 *οὐδὲν γὰρ αὐτῶν οὔτ' ἐπὶ τῶν ἰδίων οὔτ' ἐπὶ τῶν κοινῶν εἶναι χρήσιμον* (sc. *ὑπειλήφασι*). Isocr. 18, 10 *ἣν παρὰ πάντα τὸν χρόνον εὔνοιαν ἐνδέδειχθ' ἐπὶ πολλῶν ἀγώνων τῶν πρότερον,* i. e. in multis prioribus iudiciis. Hyper. 1, II, 5. 1, V, 28. 3, XX, 24. Din. 1, 54. Isocr. 13, 7 *τὰς ἐναντιώσεις ἐπὶ μὲν τῶν λόγων τηροῦντας, ἐπὶ δὲ τῶν ἔργων μὴ καθορῶντας.* Isocr. 12, 183 *τῆς* (sc. *ἀρετῆς*) *ἐπὶ τῶν τεχνῶν ὀνομαζομένης καὶ πολλῶν ἄλλων* (= *ἐν ταῖς τέχναις*).

Eadem ratione usurpari etiam dativum his exemplis docemur: Isocr. 12, 87 *οὐ μόνον δ' ἂν εὑρεθείην ἐπὶ τοῖς νῦν λεγομένοις ταύτην ἔχων τὴν διάνοιαν, ἀλλ' ὁμοίως ἐπὶ πάντων.* Isocr. 15, 20. Din. 3, 8.

c) Deinde particula nostra significat „iudicare aliquid (ex) aliqua re". Ea verba, a quibus pendet, sunt *γνωρίζειν, σκοπεῖν, κρίνειν, δοκιμάζειν.* Isocr. 8, 114 *καίτοι τῶν φρονίμως διακειμένων οὐχ ἐλάχιστον τοῦτο σημεῖόν ἐστιν, ἢν τὰς αὐτὰς πράξεις ἐπὶ πάντων τῶν ὁμοίων φαίνωνται γνωρίζοντες.* Isocr. 9, 34 *ἢν δὲ προελόμενοι τοὺς εὐδοκιμωτάτους ἐπὶ τούτων σκοπῶμεν.* Dem. 18, 210 *τὰ μὲν τοῦ καθ' ἡμέραν βίου συμβόλαια ἐπὶ τῶν ἰδίων νόμων καὶ ἔργων σκοποῦντας.* Isocr. 14, 40 *ταῦτ' ἐπὶ πλειόνων μὲν ἄν τις παραδειγμάτων ἔχοι διελθεῖν*, i. e. haec pluribus exemplis demonstrari possunt. Aesch. 1, 177 *ἔσται ὁ λόγος ἐπὶ παραδείγματος* hunc sensum praebere mihi videtur „oratio nitetur exemplo". Isocr. 6, 44. Isocr. 2, 50 *μηδὲ τοὺς εὖ φρονοῦντας τῶν ἀνθρώπων ταῖς ἡδοναῖς κρίνειν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν πράξεων τῶν χρησίμων αὐτοὺς δοκιμάζειν.* Isocr. 5, 113. Dem. 18, 233. Isocr. 7, 20 *κατεστήσαντο πολιτείαν οὐκ ὀνόματι μὲν τῷ κοινοτάτῳ καὶ πρᾳοτάτῳ προσαγορευομένην, ἐπὶ δὲ τῶν πράξεων* (i. e. re ipsa = si ex rebus iudicamus) *οὐ τοιαύτην τοῖς ἐντυγχάνουσι φαινομένην.* Isocr. 15, 205. Dem. 18, 224 *αὐτὸ τὸ πρᾶγμ' ἂν ἐκρίνετ' ἐφ' αὑτοῦ,* i. e. per se iudicata est. Huc spectare mihi videtur etiam Isocr. 6, 41 *ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων πολλοῖς ἄν τις παραδείγμασι χρήσαιτο, καὶ μάλιστ' ἐπὶ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηναίων,* cuius loci sententiam Voemelius sic recte reddit: „Alii vero populi permulta nobis exempla suppeditant, ac vel maxime quidem Athenienses".

d) Tum *ἐπί* cum genetivo copulatum eadem significatione adhibetur, qua ab auctoribus Latinis „operam navare alicui rei" vel „versari in aliqua re". Isocr. 13, 20 *εἴ τις ἐπὶ τῶν πράξεων ἐμμένειεν.* Dem. 18, 307 *μένειν ἐπὶ τούτων.* Hyper. 1, XVIII, 22.

Aesch. 3, 76. Din. 1, 17 *διαμείνας ἐπὶ τῆς πολιτείας*. Isocr. 2, 35 *τὸ δ' ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων γυμνάζεσθαι*. Dem. 18, 247 *τοὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων*, qui in rebus gerendis versantur. Aeschin. 2, 4 *αὐτὸν ἐπὶ τῆς αἰτίας ὄντα*, id crimen tractantem. Aesch. 3, 8 *οἱ δ' ἄπεισιν ἐπὶ τῶν ἰδίων ἔργων*, absunt suis occupati negotiis. Aesch. 1, 179 *ἐπειδὰν δ' ἀπὸ τῆς ἀπολογίας ἀποσπασθῆτε καὶ ταῖς ψυχαῖς ἐφ' ἑτέρων γένησθε*.

Ita fit, ut *ἐπὶ* pendens a verbis dicendi et cogitandi nonnullis locis respondeat Latino „de". Isocr. 6, 41 *ἐπὶ μὲν οὖν τῆς ἡμετέρας πόλεως οὐδὲν ἔχω τοιοῦτον εἰπεῖν*. Aesch. 3, 18 *διδάξω δ' ὑμᾶς πρῶτον ἐπὶ τῶν παραδόξων*. Isocr. 4, 66. Hyper. 3, XLII, 19 *τὴν γνώμην ἂν σχοίησαν ἢ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος*. Aesch. 2, 45 *ὡς γὰρ δεῦρ' ἤλθομεν καὶ πρὸς τὴν βουλὴν ἐπὶ κεφαλαίων τὴν πρεσβείαν ἀπηγγείλαμεν*, i.e. secundum Carolum Muellerum: „..apud senatum capita legationis exposuimus". Fortasse hic recte affertur Isocr. 2, 52 *χρὴ τοίνυν ἀφέμενον τῶν ἀμφισβητουμένων ἐπὶ τοῦ συνομολογουμένου λαμβάνειν αὐτῶν τὸν ἔλεγχον*.

e) Tum *ἐπὶ* praepositione cum pronomine reflexivo coniuncta exprimitur aliquem facere aliquid per se vel sponte sua, quod lingua vernacula redditur variis elocutionibus, ut „freiwillig, aus eignem Antrieb, auf eigene Faust, für sich". Antiph. 5, 47 *ἰδίᾳ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἀπέκτειναν* (sc. *τὸν ἄνδρα*). Antiph. 6, 42 *καὶ οὔτ' εἰσάγειν δήπου οἷός τ' ἂν ἦν ἐφ' ἑαυτοῦ*. Dem. 18, 16. Aesch. 2, 36 *ἐπειδὴ δ' ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐγενόμεθα*, i. e. „cum nos (legati) soli essemus".

f) Duobus locis indicatur, qua de causa aliquid fiat. Isocr. 20, 13 *ἐφ' ἧς ἂν ὑμῖν προφάσεως παραδοθῶσιν, ἐπὶ ταύτης αὐτοὺς τιμωρεῖσθε*. Lys. 24, 1 *οὐκ ἔχων πρόφασιν ἐφ' ἧς τοῦ βίου λόγον δοίην*.

g) Raro *ἐπί* ita adhibetur, ut significet, quomodo aliquid agatur. Dem. 18, 17 *οὔτε δικαίως οὔτ' ἐπ' ἀληθείας οὐδεμιᾶς εἰρημένα*. Dem. 18, 22. 18, 226. Hoc loco commemoro etiam Aesch. 1, 95 *ἦσαν ἐπὶ πολλῆς ἀσελγείας καὶ ἀφθονίας*, luxuriosissime lautissimeque vivebant.

h) Denique vis finalis inest in *ἐπὶ* cum genetivo copulato. Quod nobis ostendunt hi loci: Lys. 32, 5 *Θρασύλου τοῦ ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν*, qui-praeerat. Lyc. 121 *τῷ ἐπὶ τοῦ ὀρύγματος*. Aesch. 2, 73 *Ἀντίοχον τὸν ἐπὶ τῶν ὑπηρετικῶν*. Lyc. 58 *οὐδὲ πώποτε ἐγένετο ἐπὶ ταύτης τῆς ἐργασίας*, huic negotio praeerat. Lyc. 44 *ἐφ' ὧν οὐδενὸς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ παρέσχετο τάξαι Λεωκράτης*, i. e. horum operum (quae antea enumerata sunt) nulli corpus suum praebuit admovendum Leocrates.

Complures loci mihi afferendi sunt, qui eorum generum, quae usque adhuc tractavi, in nullo numerari possunt. Isocr. 18, 14 *ἔπειτ' ὀφειλομένων μὲν αὐτῷ μυρίων δραχμῶν οὐκ εἰκὸς ἦν αὐτὸν ἐπὶ δυοῖν μναῖν ποιήσασθαι τὴν διαλλαγήν*, ubi *ἐπὶ* cum genetivo

coniunctum Latinorum ablativo pretii respondet. Hyper. 3, XXII, 6 *ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀδικημάτων ἁπάντων καὶ νόμους καὶ ἀρχὰς καὶ... ἀπέδοτε.* Hic locus ita intellegendus est, ut *ἐπί* idem significet atque Latinum „praeter". Din. 1, 5 *οὐδὲ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν πίστιν τὴν περὶ αὐτῆς ἐπὶ σοῦ καταλῦσαι βουλομένη*, i. e. neque veritatem et fidem suam in tua causa perdere voluit. „In tua causa" idem fere dicere vult atque „tua gratia" „um deinetwillen". Isocr. 6, 99 *οὕς φασιν ἐπὶ μιᾶς ἀσπίδος παραταξαμένους*, quem locum Baiterus vertit „ita instructa acie, ut phalanx uno viro densior non esset". Vernacula lingua dicimus „einen Mann hoch". De hoc apud Thucydidem usu cf. Kuemmel p. 17, 4.

2. Cum dativo.

I. Notio localis.

a) Significatur idem, quod nostro „auf", Latino „in" exprimitur. *Ἐπὶ* hac ratione usurpatum rarius dativum quam genetivum sibi nectit. Pendet a verbis, quae significant

α) esse, iacere. And. 1, 38 *μεταξὺ τοῦ κίονος καὶ τῆς στήλης ἐφ' ᾗ ὁ στρατηγός ἐστιν ὁ χαλκοῦς.* Isocr. 17, 44 *ταῦτ' ἐπὶ τῇ τούτου τραπέζῃ κεῖταί μοι.*

β) imponere, inscribere. Lys. 18, 10 *ἐκεῖνον* (sc. *τὸν παῖδα*) *μὲν κατέθηκεν ἐπὶ τοῖς γόνασι τοῖς Παυσανίου.* Isocr. 17, 42 *ὁλκάδα γάρ, ἐφ' ᾗ πολλὰ χρήματ' ἦν ἐγὼ δεδωκώς*, i. e. cui multas merces imposueram. Aesch. 3, 184 *ἐπιγέγραπται γὰρ ἐπὶ τῷ μὲν πρώτῳ τῶν Ἑρμῶν.* Aesch. 2, 68 *ἐφ' ᾧ* (sc. *ψηφίσματι*) *ἐπεγέγραπτο τὸ Δημοσθένους ὄνομα.* Ad orationem translatam tendit Din. 1, 29 *μὴ ἀφῆτε τὸν ἐπὶ τοῖς τῆς πόλεως καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀτυχήμασιν ἐπιγεγραμμένον ἀτιμώρητον.*

γ) facere aliquid aliquo loco. Unum exemplum afferre possum Isocr. 12, 44 *πολλὰς πόλεις ἐφ' ἑκατέρᾳ τῶν ἠπείρων ἔκτισαν.* Ad usum metaphoricum transeunt: Lyc. 40 *ἐπὶ γήρως ὁδῷ περιφθειρομένους.* Hyper. 1, XX, 13 *μηδ' ἐπὶ γήρως ὁδῷ κήδεται τῆς πατρίδος.* Lyc. 109 *ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τοῦ βίου μαρτύρια ἔστιν ἰδεῖν τῆς ἀρετῆς αὐτῶν ἀναγεγραμμένα ἀληθῆ.*

b) Multo saepius *ἐπί* ita adhibetur, ut respondeat particulis Latinis „ad, iuxta", nostris „bei, in der Nähe, an, in". Ac primum quidem dicuntur ipsa loca, deinde res, quae significationem locorum adipisci possunt.

α. Loca ipsa. Coniungitur *ἐπί* cum verbis, quae significant

1. esse, habitare. Saepe participium supplendum est. Lys. 12,52 *τοὺς ἐπὶ Φυλῇ.* Lys. 13,77 *εἰσί τινες ἐπὶ Φυλῇ.* Lys. 24,25 *Χαλκίδα τὴν ἐπ' Εὐρίπῳ.* Isocr. 4,145. Aesch. 1,124 *τούτων τῶν ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐργαστηρίων.* Aesch. 2,87 *ἐν ταῖς φονικαῖς δίκαις ταῖς ἐπὶ Παλλαδίῳ.* Isocr. 5,120 *κτίσαι πόλεις ἐπὶ τούτῳ τῷ τόπῳ.*

2. pugnare, vincere, similia. And. 1, 106 *νικήσαντες μαχόμενοι τοὺς τυράννους ἐπὶ Παλλήνῃ.* Lys. 21, 5 *νενίκηκα δὲ τριήρει μὲν ἁμιλλώμενος ἐπὶ Σουνίῳ.* Dem. 18, 208 *τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ* (sc. *ναυμαχήσαντας*). Aesch. 2, 75. Dem. 18, 230 *ἐπὶ τοῖς Βοιωτῶν ὁρίοις γενέσθαι* (sc. *τὸν πόλεμον*). Lys. 13, 79 *ἀποφυγεῖν ἐπὶ Φυλῇ.* Lyc. 47 *ἐκεῖνοι γὰρ τοῖς πολεμίοις ἀπήντησαν ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Βοιωτίας.* Lyc. 72 *ἐπ' Εὐρυμέδοντι δὲ καὶ πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες ἐνίκησαν.* Aesch. 3, 183. Aesch. 3, 187 *ὅσοι αὐτῶν ἐπὶ Φυλῇ ἐπολιορκήθησαν.* Andoc. 1, 45 *Βοιωτοὶ δὲ πεπυσμένοι τὰ πράγματα ἐπὶ τοῖς ὁρίοις ἦσαν ἐξεστρατευμένοι.* Hic locus non ita est intellegendus, ut Boeotii proficiscerentur, sed „profecti excubabant".

3. Deinde pendet in universum a verbis, quibus indicatur aliquid fieri aliquo loco. And. 4, 13 *τελευτήσαντος Ἱππονίκου στρατηγοῦντος ἐπὶ Δηλίῳ.* Lys. 13, 82 *τούτῳ τῷ τρόπῳ.. καὶ ἐπὶ Φυλῇ καὶ ἐν Πειραιεῖ πρὸς τοὺς πολίτας διέκειτο.* Isae. 12, 9 *ὅρκον ὀμόσαι ἐπὶ τοῦ διαιτητοῦ ἐβούλετο ἐπὶ Δελφινίῳ.* Isocr. 18, 52 *ἐπὶ Παλλαδίῳ.*

β. Res, in quibus notio localis inest. Lys. 2, 1 *ὦ παρόντες ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ.* Lys. 2, 60. Lys. 3, 27 *ἐπὶ ταῖς θύραις.* Lys. 3,29 *ἄν με εἶδεν ἐπὶ ταῖς θύραις ταῖς αὑτοῦ.* Lys. 12,16. Hyper. 4, I, 2. Isae. 4,26 *οὔτ' ἐνθάδε οὔτ' ἐπὶ στρατεύματι.* Lys. 9, 5 *κἀμοὶ μὲν τὰ προειρημένα διείλεκτο ἐπὶ τῇ Φιλίου τραπέζῃ.* Isocr. 17, 12 *ἐπὶ τῇ τραπέζῃ καθήμενον.* Isocr. 17, 2 *τοὺς ἐπὶ ταῖς τραπέζαις* (mensarios). Isocr. 17, 53. Aesch. 1, 146 *καθεύδοντος δ' αὐτοῦ ἐπὶ τῇ πυρᾷ.*

γ. Deinde *ἐπί* coniungitur cum substantivis, quae abstracta dicuntur, atque ita, ut hic usus nonnunquam ad metaphoricum accedat.

Lys. 30, 3 *οἱ ἀντίδικοι ἐπὶ τοῖς δικαστηρίοις ἐναντίους παρείχοντο.* Isocr. 15, 38. Isae. 3, 18 *τούτου ἐκμαρτυρίαν ἐπ' ἐκείνῃ τῇ δίκῃ παρέσχοντο οὗτοι.* Isae. 3, 20 *ἐπὶ ταῖς μαρτυρίαις.* Antiph. II, *γ*, 4. Din. 1, 13 „*Ἐγὼ πολλὰς ὑπὲρ ὑμῶν ἐπρέσβευσα πρεσβείας.*" *ἐφ' αἷς οὐκ οἶδ' ὅ τί ποτ' ἂν ἐποίησεν.* Isae. 3, 56 *ἐπὶ τῇ διαθήκῃ τοῦ Πύρρου παραγενέσθαι,* i. e. „cum Pyrrhus testamentum conderet, interfuisse". Isae. 9, 13. Isocr. 15, 20 *ἐπὶ δὲ τοῖς ἀγῶσι.* Aesch. 1, 2. Isocr. 11, 45 *τοὺς ἐφ' ἑκάστοις αὐτῶν* (sc. *ἀδικημάτων*) *ἁλισκομένους.* Substantivum supplendum est Din. 2, 21 *ἐπὶ τοιούτοις εἴληπται νῦν ἀδικῶν, ἐφ' οἷς αἰσχρόν ἐστιν ὑμῖν τοῖς δικάζουσιν ἀτιμώρητον ἐᾶσαι τοῦτον.* Eodem fere modo *ἐπί* adhibetur satis multis locis, ubi nobis occurrit *ἐπ' αὐτοφώρῳ* pendens a variis verbis, ut *λαμβάνειν, ἁλίσκεσθαι, ἐξελέγχειν.* Invenitur haec elocutio: Antiph. 5, 48. 1, 3. 1, 9. Lys. 7, 42. 13, 30. 13, 85. 13, 86. 13, 87. 13, 88. Isocr. 18, 53. Isae. 4, 28. Isocr. 18, 53. Aesch. 1, 91. 2, 88. 3, 10. Din. 1, 29. 1, 54. 1, 77. 2, 6.

Denique cito Lys. 1, 21 *ἀξιῶ δέ σε ἐπ' αὐτοφώρῳ ταῦτά μοι ἐπιδεῖξαι*, i. e. „volo autem te mihi haec re ipsa commonstrare".

δ. Raro dativus personae invenitur. And. 3, 34 *τοῖς Ἕλλησιν, ἐφ' οἷς ὅρκοι τε ὀμοσθήσονται στῆλαί τε σταθήσονται γεγραμμέναι.* Lys. 1, 30 *ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβών.* Aesch. 1, 183 *τὴν γὰρ γυναῖκα, ἐφ' ῇ ἂν ἁλῷ μοιχός.* Lys. 1, 32.

Compluribus locis, maxime apud Isaeum, exstat *προῖκα* (*φερνὴν*) *ἔχειν* (*λαμβάνειν*) *ἐπὶ τῇ γυναικί*. *Ἐπί* hoc modo usurpatum Latine vertimus ‚una cum', Germanice „zu, mit". Isae. 2, 5 *ἔλαβεν εἴκοσι μνᾶς ὁ Μενεκλῆς ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ προῖκα.* Isae. 3, 28. 3, 36. 8, 9. 11, 40. Aesch. 2, 31. Non alienum est cum his exemplis comparare Isae. 5, 26 *ἔδωκε Δικαιογένης τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτοῦ ἐπὶ τετταράκοντα μναῖς.*

c) Duobus locis *ἐπί* ita adhibetur, ut idem fere significet atque signum +, quo mathematici utuntur: Aesch. 2, 61 *τῇ ὀγδόῃ* (sc. *ἡμέρᾳ*) *ἐπὶ δέκα,... τῇ ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα*, i. e. die duodevicesimo... undevicesimo. Aesch. 3, 98 *εἰς τὴν ἕκτην* (sc. *ἡμέραν*) *ἐπὶ δέκα.*

II. Notio temporalis.

De significatione temporali pauca mihi dicenda sunt, nam nusquam apud oratores Atticos sincera reperitur. Paucis tamen locis cognosci potest. Affero hos: Aesch. 3, 205 *ἐπὶ τελευτῇ τῆς ἀπολογίας* (sub finem). Isocr. 3, 20 *καὶ τοὺς πρὸ αὐτῶν ἄρχοντας καὶ τοὺς ἐφ' αὐτοῖς* (= post). Isocr. 15, 233 *ἐπὶ δὲ τούτῳ* (= post hunc) *Θεμιστοκλῆς ἡγεμὼν γενόμενος.* Aesch. 2, 49 *ἐφ' ἅπασι δ' ἡμῶν ἀνίσταται τελευταῖος Δημοσθένης* (post omnes). Eodem modo Aesch. 2, 122. Aesch. 1, 95 *ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ ἐπίταγμ' ἐπέταττε* „er gab einen Befehl nach dem andern, auf den andern". Dem. 18, 308 *εἶτ' ἐπὶ τούτῳ τῷ καιρῷ ῥήτωρ ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἡσυχίας ὥσπερ πνεῦμ' ἐφάνη.* Aesch. 2, 57 *ἐπὶ τῷ καιρῷ τούτῳ δεινῶς ἐσχετλίασε.*

III. In oratione translata varia sunt usus genera.

a) Significat „penes aliquem, in alicuius potestate(m)" atque Germanice vertitur „es steht bei jem., liegt in der Macht, Hand jemandes, gerät in Abhängigkeit von jem." Ac plerumque *ἐπί* hac significatione adhibitum cum personis coniungi solet. Hic usus cum apud Thucydidem satis raro exstet, apud oratores permultis locis nobis occurrit. Id quod ab aliquo pendet, infinitivo aut substantivo vel pronomine exprimitur. Antiph. 5, 6 *ἅπαντα γὰρ τὰ ἐν ἀδήλῳ ἔτ' ὄντα ἐπὶ τῇ τύχῃ μᾶλλον ἀνάκειται ἢ τῇ προνοίᾳ* (*τύχη* et *πρόνοια* personarum loco exstant). Antiph. 5, 32. 5, 76. Andoc. 1, 81 *γενόμενον ἐφ' ὑμῖν.* Andoc. 2, 19. 3, 41. Lys. 1, 6 *ὥστε λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι ὅ τι ἂν θέλῃ ποιεῖν.* Lys. 1, 33 *ἡγούμενος... πᾶσαν ἐπ' ἐκείνοις τὴν οἰκίαν γεγονέναι.* Lys. 4, 13.

4, 20. 7, 16. 12, 26. 12, 33. 13, 46. 15, 7. 22, 17. 28, 14. Isae. 3, 28 *ἵνα μὴ ἐπ' ἐκείνῳ γένοιτο ῥᾳδίως ἀπαλλάττεσθαι, ὁπότε βούλοιτο, τῆς γυναικός.* Isae. 3, 36. 5, 30. 7, 29 *οὐκ ἄν ποτε Ἀπολλόδωρος ἐπὶ τούτοις τὸν κλῆρον τοῦτον κατέλιπεν,* i. e. „.. in horum potestate reliquisset". Eodem modo 7, 4. 7, 31. 7, 43. 10, 7. 11, 8. Isocr. 4, 142 *τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνῳ* (quod ad illum attinebat). Isocr. 6, 8 *καθ' ὅσον ἐστὶν ἐπ' ἐμοί.* Isocr. 4, 60. 4, 163. 6, 64. 9, 81. 12, 136. 15, 6. 15, 319. 18, 29. 21, 12. Dem. 18, 215 *ἐφ' ὑμῖν ποιήσαντες* (sc. *παῖδας καὶ γυναῖκας*), i. e. „vobis committentes", „.. haben unter euren Schutz gestellt". Dem. 36, 44. Hyper. 1, V, 24 *τὸ δὲ κολάσαι τοὺς ἀδικοῦντας οὐκ ἐφ' αὑτοῖς ἐποίησαν.* Hyper. 4, IX, 27. Aesch. 1, 36 *ἐφ' ὑμῖν ἐστιν.* Din. 1, 4 *τοῦτο ἐφ' ὑμῖν ἐστι.*

Sed uno loco *ἐπί* praepositionem dativus substantivi abstracti sequitur: Antiph. 5, 3 *ἀνάγκη οὖν, ὅταν τις ἄπειρος ᾖ τοῦ ἀγωνίζεσθαι, ἐπὶ τοῖς τῶν κατηγόρων λόγοις εἶναι μᾶλλον ἢ επ' αὐτοῖς τοῖς ἔργοις καὶ τῇ ἀληθείᾳ τῶν πραγμάτων.*

b) *Ἐπί* usurpatur de rebus, qualescunque sunt, in quibus aliquid est vel fit. Latine redditur „in .. rebus", Germanice variis modis vertitur, ut „in .. Dingen, Angelegenheiten, Lagen, Punkten, unter .. Umständen, Verhältnissen". Isocr. 4, 159 *ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς.* Isocr. 14, 47. Isocr. 9, 40 *ἐπὶ μικροῖς διήνεγκε.* Isocr. 10, 7 *τῶν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις συμβολαίοις ἐξαπατώντων.* Isocr. 12, 8 *ζῶν ἐπὶ τούτοις.* Isocr. 10, 18. 12, 8. 12, 198. 13, 16. 18, 56. Dem. 18, 284.

c) Facile hic usus ita dilatatur, ut *ἐπί* significet condicionem, qua agatur aliquid. Andoc. 3, 12 *ἐφ' οἷς τε νῦν ἔξεστι τὴν εἰρήνην ποιεῖσθαι.* Lys. 13, 8. 23, 9. 23, 11. Isae. 3, 36 *εἶτ' ἐπὶ τούτοις ἂν Νικόδημος ἐγγύησε τῷ ἡμετέρῳ θείῳ τὴν ἀδελφήν.* Isocr. 3, 69 *εἰ δὲ τὴν θυγατέρα ἐδίδου καὶ ἐπὶ τούτῳ ποιησάμενος κατέλιπε.* Isae. 3, 78 *ἐπὶ τίνι προικὶ οὗτος ἐγγυῆσαι τῷ Πύρρῳ φησὶ τὴν ἀδελφήν.* Isae. 5, 6 *καὶ ἐπὶ μὲν τῷ τρίτῳ μέρει τοῦ κλήρου Δικαιογένης ὅδε τῷ Μενεξένου Δικαιογένει ἡμετέρῳ δὲ θείῳ υἱὸς ἐγίγνετο,* i. e. ea condicione, ut tertiam partem adipisceretur. Isae. 5, 7. 5, 8. 5, 12. 5, 15. 5, 26. 6, 8. 6, 23. 6, 24. 6, 27. 10, 5. 10, 19. 11, 45. Dem. 18, 87. Aesch. 2, 68. 3, 142 *ἐπὶ τίσι δεῖ ποιεῖσθαι τὴν συμμαχίαν.*

Formula *ἐφ' ᾧ τε* tribus locis invenitur; bis infinitivus praesentis, semel futuri sequitur. Isocr. 17, 19 *ἐφ' ᾧ τε καταγιγνώσκειν.* Aesch. 3, 183 *ἐφ' ᾧ τε μὴ ἐπιγράφειν τὰ ὀνόματα.* Aesch. 3, 114 *ἐφ' ᾧ τε βοηθήσειν τοῖς Ἀμφισσεῦσιν.*

d) Paucis locis *ἐπί* pretium affert, quo homines aliquid faciunt. Isae. 3, 39 *ὅς ἐπ' ὀλίγῳ ἀργυρίῳ σφόδρα βούλεται πονηρὸς εἶναι.* Lys. 6, 43 *παραβὰς τὰ δόγματα καὶ τὴν ἄδειαν ἐφ' ᾗ μηνυτὴς ἐγένετο,* sed ita quoque intellegi potest, ut causa finalis significetur. Isocr. 7, 32 *τοῖς μὲν γεωργίας ἐπὶ μετρίαις μισθώσεσι*

παραδιδόντες. Aesch. 1, 51 *ἐπὶ μισθῷ δὲ τὴν πρᾶξιν ποιούμενος*. Aesch. 1, 184.

e) Significatur consilium, quod aliquis sibi proposuit, quod assequi vult. Cum *ἐπὶ* hac significatione permultis locis adhibeatur, longum est omnes enumerare. Itaque singulos vel binos uniuscuiusque oratoris affero.

α. *Ἐπὶ* coniungitur cum infinitivo articulum sequenti aut cum substantivis, in quibus inest actio, ut *ἐπὶ ὠφελείᾳ* = *ἐπὶ τῷ ὠφελεῖν*, *ἐπὶ θανάτῳ* = *ἐπὶ τῷ ἀποκτείνειν*, *ἐπὶ τῇ καταλύσει* = *ἐπὶ τῷ καταλύειν*, *ἐπὶ σωτηρίᾳ*, *ἐπὶ(τῇ) βλάβῃ*.

Redditur Latine praepositione „ad" sequente gerundio, Germanice particulis „zu, um zu".

Pendet *ἐπὶ* a variis verbis, in quibus haec potissimum enumeranda sunt: *πράττειν*, *διδόναι*, *γίγνεσθαι*, *ψεύδεσθαι*, *ἀνίστασθαι*, *διαλέγεσθαι*, *μισθοῦν*. Antiph. 1, 9 *οὐκ ἐπὶ θανάτῳ διδόναι* (sc. *φάρμακον*) *ἀλλ' ἐπὶ φίλτροις*. Andoc. 2, 5 *ὅτι πάντες ἄνθρωποι γίγνονται ἐπὶ τῷ εὖ καὶ κακῶς πράττειν*. Lys. 6, 31 *ἃ τούτῳ ὁ θεὸς οὐκ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπινοεῖν δίδωσιν*. Lys. 21, 22 . . *ἐπὶ δὲ τῷ τῆς πόλεως κακῷ παρὰ τῶν ἄλλων δωροδοκοίην*. Isae. 11, 50 *ἐπὶ διαβολῇ ποιεῖται τούτους τοὺς λόγους*. Isocr. 3, 48 *Φημὶ δὲ χρῆναι πράττειν ἕκαστον ὑμῶν ἐφ' οἷς ἐφέστηκεν ἐπιμελῶς καὶ δικαίως*. Isocr. 4, 154 *οὐ Κόνωνα . . . ἐπὶ θανάτῳ συλλαβεῖν ἐτόλμησαν*. Isocr. 16, 6 *λέγοντες, ὡς ὁ πατὴρ μὲν συνάγειν τὴν ἑταιρείαν ἐπὶ νεωτέροις πράγμασιν*, i. e. . . ad res novandas. Dem. 18, 113 *ἐπὶ τῷ θεωρικῷ τότ' ὤν* (ad administrandum . . .). Dem. 18, 149 *ἐπέραινεν ἐφ' οἷς ἐμισθώθη*. Unus locus invenitur apud Lycurgum 57: *τοὺς μὲν ἐπὶ ἐμπορίᾳ ἀποδημοῦντας*. Hyper. 1, II, 15 *εἰληφέναι εἴκοσι τάλαντα ἐπὶ τῇ πολιτείᾳ*. Aesch. 1, 29 *τὸν γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἐφ' ὕβρει πεπρακότα*. Aesch. 2, 28 *ἀφικνουμένου . . ἐπὶ κατασκοπῇ μᾶλλον τῶν πραγμάτων ἢ πολιορκίᾳ τῆς πόλεως*. Din. 1, 4 *οἱ τολμήσαντες ἐπὶ διαβολῇ καὶ κινδύνῳ τῆς πόλεως χρήματα παρὰ Ἁρπάλου λαβεῖν*.

β. Multo rarius *ἐπὶ* cum dativo personae coniungitur, atque ita ut respondeat Latino „contra", vernaculo „gegen". Antiph. 5, 79 *χρημάτων γὰρ ἕνεκα ἡ πᾶσα παρασκευὴ γεγένηται ἐπ' ἐμοὶ κἀκείνῳ*. Antiph. 6, 9 *μηχανῶνται ἐπ' ἐμοί*. Antiph. 6, 48 *ὅπου μὲν χρήματα λαμβάνοιεν ἐπ' ἐμοί*. Antiph. 6, 49. Isae. 9, 26 *τοιαῦτα μέντοι κοινῇ ἐπ' ἐμοὶ τεχνάζουσιν*.

f) Indicatur causa, cur aliquid fiat. Adeo hic usus est frequens, ut *ἐπί* hac ratione usurpatum plus ducentis locis inveniatur.

α. *Ἐπί* pendet ab iis verbis, quae affectuum verba dicuntur. Cum apud Thucydidem duo tantum exempla inveniantur (cf. Kuemmell p. 27), apud oratores permulta nobis occurrunt. Eius modi verba, quae apud oratores Atticos exstant, sunt haec: *ὀργίζεσθαι*, *ἀγανακτεῖν*, *χαλεπῶς* (*βαρέως*) *ἔχειν*, *συνάχθεσθαι*, *δυσχεραίνειν*;

ἀθυμεῖν, φοβεῖσθαι, ἐκπλήττεσθαι, ἐλεεῖν, στένειν, δακρύειν, δακρυ' ἀφιέναι, πενθεῖν, σχετλιάζειν, ἀλγεῖν, λυπεῖσθαι; εὐφραίνεσθαι, ἡδέως ἔχειν, χαίρειν; αἰσχύνεσθαι, ἐρυθριᾶν, ἐγκαλύπτεσθαι (= *αἰσχύνεσθαι*); *μέγα φρονεῖν, μεγαλαυχεῖν, φιλοτιμεῖσθαι; φθονεῖν, μισεῖν, στέργειν.*

Eodem spectant etiam haec: *εὐδοκιμεῖν, δόξαν ἔχειν, περίβλεπτον εἶναι* (*γίγνεσθαι*), *τιμᾶσθαι, στεφανοῦσθαι, σεμνύνεσθαι, ἐπαινεῖν, εὐδαιμονίζειν, θορυβεῖν, ἀναβοᾶν.*

Pauca exempla affero. Antiph. 1, 27 *ἐλεεῖν ἐπὶ τοῖς ἀκουσίοις παθήμασι.* Andoc. 1, 30 *εἰ ἐμοὶ ὀργίζεσθε ἐπὶ τοῖς ἑτέρων ἁμαρτήμασι.* Lys. 1, 1 *οὐκ ἂν εἴη ὅστις οὐκ ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἀγανακτοίη.* Lys. 32, 17 *ἐπὶ τοιούτοις ἔργοις οὔτε θεοὺς φοβῇ* ... Isae. 7, 14 *ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀθυμήσας.* Isocr. 1, 26 *ἀποδέχου τῶν ἑταίρων μὴ μόνον τοὺς ἐπὶ τοῖς κακοῖς δυσχεραίνοντας ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς μὴ φθονοῦντας.* Dem. 18, 259 *ἐπὶ τῷ μηδένα πώποτε τηλικοῦτ' ὀλολύξαι σεμνυνόμενος.* Lyc. 138 *ἐκπέπληγμαι δὲ μάλιστα ἐπὶ τοῖς μήτε γένει μήτε φιλίᾳ μηδὲν προσήκουσι.* Hyper. 3, XXXII, 21 *μισεῖς Ὀλυμπιάδα ἐπὶ τῷ ἀπολέσαι Εὐξένιππον.* Aesch. 1, 105 *ἐρυθριᾶν ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς.* Din. 1, 113 *μέγα φρονεῖν ἐπὶ τῷ δύνασθαι λέγειν.*

β. Causa in universum exprimitur. Andoc. 1, 49 *οὗτοι ἐπὶ ταῖς αἰτίαις δι' ἃς ἀπολλύμεθα οἱ μὲν αὐτῶν τεθνᾶσιν.* Lys. 6, 19 *ἵνα ... ἐπὶ τῇ ἐμῇ προφάσει δῴη δίκην.* Lys. 9, 4 *αἰσθόμενος δὲ τὸ πραχθὲν ὑπετοπούμην εὐθέως ἐπὶ μηδενὶ ὑγιεῖ κατειλέχθαι* (= „ob causam non satis sanam"). Dem. 18, 44 *καί τινες τῶν ἐκ τῶν πόλεων ἐπὶ τῇ τῆς εἰρήνης ἐξουσίᾳ βαδίζοντες ἐκεῖσε διεφθείροντο.* Dem. 18, 197 *τοῦτο πεποιηκὼς ἐπὶ τοῖς συμβᾶσιν ἐξήτασαι,* i. e. id te fecisse ex eventu (ex iis quae facta sunt) constat. Lyc. 39 *ὀρθὴ δὲ ἦν ἡ πόλις ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν.* Hyper. 4, VI, 20 *συμβαίνει γὰρ τὸν Λεωσθένους ἔπαινον ἐπὶ ταῖς μάχαις ἐγκώμιον καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν εἶναι.* Aesch. 2, 153 *ἔπλασε .. ψεῦδος κατ' ἐμοῦ, ἐφ' ᾧ μεταξὺ μὲν λόγων ὑφ' ὑμῶν ἐξερρίφη.* Din. 1, 63 *ἐξέβαλες σὺ Ἀρχῖνον ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ προδοσίᾳ.*

Saepe haud facile est diiudicatu, utrum exemplum collocandum sit sub b) an sub c), sub d), sub e), sub f); nam alia significatio facile ad aliam transit. Ut ex multis exemplis unum afferam, *ἐπὶ τούτῳ* respondere potest vernaculis „in diesem Punkte, unter dieser Bedingung, für diesen Preis, zu diesem Zweck, darüber, deshalb". Quae cum ita sint, saepe ad nexum diligenter animus nobis intendendus est, si recte vertere volemus.

g) Non raro *ἐπί* cum dativo copulatum rem indicat, cui aliquis operam dat, in qua versatur. Isocr. 2, 44 *τὰς καλουμένας γνώμας, ἐφ' αἷς ἐκεῖνοι μάλιστ' ἐσπούδασαν.* Isocr. 4, 171. 11, 16. Aesch. 1, 39. 3, 49. Isocr. 3, 19 *ἐπὶ τοῖς ἰδίοις διατρίβουσιν.* Isocr. 11, 18. 11, 23. 15, 18. Isocr. 3, 19 *τὰς ἡμέρας ἐπὶ ταῖς πράξεσιν ὄντες.* Isocr. 4, 143. Isocr. 12, 28 *ὁρῶ γὰρ ἐνίους τῶν ἐπὶ τοῖς*

μαθήμασι τούτοις οὕτως ἀπηκριβωμένων... Isocr. 15, 265 μένειν καὶ πονεῖν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις καὶ δεικνυμένοις. Hic affero etiam Isocr. 5, 14 οὐκ ἐπὶ τούτῳ τὴν διάνοιαν ἔσχον. Andoc. 1, 100 ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ἔργοις ἔζης.

h) A verbis dicendi pendens particula nostra compluribus locis respondet Latinae ,de'. Lys. 2, 1 ἐμεμψάμην ἂν τοῖς ἐπαγγείλασιν ἐπ' αὐτοῖς ἐξ ὀλίγων ἡμερῶν λέγειν. Lys. 2, 2. Isocr. 12, 270 ἐφ' οἷς εἰπεῖν ἐτόλμησαν. Andoc. 1, 35 μηνύειν ἐπὶ... Praeterea affero Isae. 10, 15. Isocr. 4, 74. Dem. 18, 284. Aesch. 2, 121.

Cum λέγειν ἐπί τινι plerumque ita adhibeatur, ut significet ,aliquem verbis celebrare', etiam hoc exemplum affero: Lys. 2, 80 καὶ γάρ τοι θάπτονται δημοσίᾳ καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης.

i) Nonnullis locis res exprimitur, ad quam aliquid pertinet. Andoc. 1, 87 μηδὲ ἐπ' ἀνδρὶ νόμον ἐξεῖναι θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις, i. e. ..,legem, quae de uno viro valeat, non de omnibus Atheniensibus'. Idem repetitur Andoc. 1, 89. Simili modo Aesch. 3, 199 νόμον δεῖ τεθῆναι ἐπὶ ταῖς γραφαῖς μόνον τῶν παρανόμων. Aesch. 3, 170.

k) Denique complures elocutiones affero, quas commemorare alienum esse non puto.

Ac primum quidem invenitur ἐφ' οἷς θάνατός ἐστιν (κεῖται) ἡ ζημία. Aesch. 3, 250 καὶ ἐφ' οἷς ἐστιν ἐκ τῶν νόμων ζημία θάνατος, ταῦτά τινες οὐκ ἐξαρνοῦνται πράττειν. Dem. 54, 23 ταῦτα, ἐφ' ὧν ἐνίοις θάνατος ἡ ζημία κεῖται. Simili modo Lys. 22, 5. 22, 13. Lyc. 65 ἀλλ' ὁμοίως ἐπὶ πᾶσι καὶ τοῖς ἐλαχίστοις παρανομήμασι θάνατον ὥρισαν εἶναι τὴν ζημίαν. Nihil nisi verbum mutatur in hoc exemplo: Din. 2, 12 ...πέντε ταλάντων τιμῆσαι τούτῳ ὅσονπερ ἦν ἐπὶ τῇ τῶν παρανόμων γραφῇ τίμημα ἐπιγεγραμμένον.

Deinde commemoro δανείζειν (δανείζεσθαι), ὀφείλειν ἐπί τινι.
1) δανείζειν ἐπὶ τόκῳ ,auf Zinsen ausleihen', 2) δανείζειν ἐπὶ γῇ, συνοικίαις ,auf Land, Gebäude ausleihen'. Hoc invenitur Dem. 36, 6, illud Aesch. 1, 107. Lys. 32, 15. Isae. 5, 26. 3, 78. 10, 5. 11, 45. Isocr. 17, 7.

Venio ad ποιεῖν τι ἐπὶ τῷ ὀνόματί τινος, i. e. sub nomine alicuius facere aliquid. Exstat Aesch. 2, 69 σκοπεῖτε δὴ πότερα ὑμῖν δοκεῖ Δημοσθένης ἐμοῦ κατηγορηκέναι ἢ τοὐναντίον αὐτὸς αὐτοῦ ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὀνόματι. Isae. 6, 21. 6, 36. 11, 13. Hyper. 3, XXXI, 24. Din. 1, 56.

Sequitur, ut commemorem ποιεῖν τι ἐπὶ τῇ ἐλπίδι. Dem. 18, 38 ἐπὶ ταύταις ταῖς ἐλπίσι τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε. Dem. 18, 89. Lys. 6, 22 ὃς ῥᾷον ἡγήσατο δεσμοῦ τιμήσασθαι ἢ ἀργυρίου ἐπ' ἐλπίδι τῇ αὐτῇ.

Tum affero ὅρκον ὀμνύναι ἐπί τινι. Aesch. 3, 109 ἐπὶ τούτοις ὅρκον ὤμοσαν ἰσχυρὸν μήτ' αὐτοὶ τὴν ἱερὰν γῆν ἐργάσεσθαι

μήτ' ἄλλῳ ἐπιτρέψειν. Isocr. 18, 34. Simili modo Isocr. 6, 20 *ἐπὶ δὲ τούτοις πίστεις ἀλλήλοις δόντες.*

Restat ut duos locos citem; alter est Isae. 11, 6 *νῦν δ' ἐφ' οἷς ἀπόκρισιν οὐ δέδωκεν..*; alter exstat Andoc. 2, 25 *οὕτω καὶ ἐπὶ τῇ νῦν εὐνοίᾳ μὴ ζητεῖτε ἑτέραν βάσανον ἤ..* Hunc locum Carolus Muellerus sic vertit: „Sic etiam praesentis meae in vos benevolentiae nolite alia quaerere documenta quam...“

3. Cum accusativo.

I. Notio localis.

a) Significatur locus, ad quem movetur aliquid vel se movet vel spectat. Respondet *ἐπὶ* praepositio particulis Germanicis

α) „auf“, maxime si pendet a verbis imponendi, collocandi, ascendendi, conscendendi. Lys. 6, 2 *πολλῶν γὰρ καὶ ἀγαθῶν αὐτῷ ἐπὶ τὴν τράπεζαν παρατιθεμένων.* Dem. 18, 171 *ἐπὶ τὸ βῆμ' ἐβαδίζετο.* Lys. 14, 10 *ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναβῆναι.* Lys. 21, 7 *ἀνέβη ἐπ' ἄλλην ναῦν.* Aesch. 3, 159 *οὐδ' ἐπὶ τὰ ψηφίσματ' εἰᾶτε τὸ Δημοσθένους ἐπιγράφειν ὄνομα.* Ad usum metaphoricum tendit Aesch. 1, 188 *ἐπὶ τὰς τοῦ δήμου γνώμας ἐπιγραφόμενον.* Simili modo Aesch. 3, 167 *σαυτὸν ἐπὶ τὸ γεγενημένον ἐπιγράψεις.*

β) „nach, nach — hin“, si cum nominibus terrarum, urbium, denique verorum locorum coniungitur. And. 1, 39 *ἐπὶ Λαύρειον ἰέναι.* Lys. 13, 77 *ἐπὶ Φυλὴν ᾤχετο.* Lys. 2, 30 *ἐπ' Ἀρτεμίσιον ἐβοήθησαν.* Lys. 13, 82 *τῇ ἐπὶ Φυλὴν ὁδῷ.* *Ἐπί* genetivo sequente cum indicet, quem in locum via ducat, copulatum cum accusativo exprimit, ad quem locum versus. Nos utramque structuram reddimus particula „nach“. Commemoro nonnullos locos, ubi invenimus „*ἐπὶ τάδε*“: Isocr. 4, 118 *ὥστε μακρὸν πλοῖον ἐπὶ τάδε Φασήλιδος μὴ καθέλκειν.* Isocr. 7, 80 *ὥστ' οὔτε μακροῖς πλοίοις ἐπὶ τάδε Φασήλιδος ἔπλεον..* Isocr. 12, 59. Constructionem verbi *ἀπαντᾶν* ex hoc loco intellegere licet: Isocr. 4, 90 *οἱ δ' ἡμέτεροι πατέρες ἐπ' Ἀρτεμίσιον* (sc. *ἀπήντων*).

γ) „an, in die (der) Nähe, zu, bis zu.“ Antiph. II, *α*, 10 *ἐπί τε τὰς αὐτὰς τραπέζας ἰόντα.* Isae. 6, 51 *ἐπὶ τὰ μνήματα ἰέναι.* Isae. 9, 19. Andoc. 1, 44 *ἐπὶ τὴν ἑστίαν ἐκαθέζοντο.* Lys. 13, 24 *καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμόν.* Isae. 7, 1 *ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἀγαγών.* Lys. 3, 29 *ἐπὶ τὴν ἐμὴν οἰκίαν φοιτῶν εἰσῄει βίᾳ.* Isae. 1, 15 *ἐλθόντα ἐπὶ τὴν θύραν ἀπέπεμψεν.* Isocr. 4, 87 *βοηθεῖν ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς χώρας.*

Interdum respondet nostro „in“, ut Lys. 23, 3 *ἐλθὼν ἐπὶ τὸ κουρεῖον.*

δ) „zu“, si cum accusativo personae coniungitur. Lys. 8, 15 *ἐπὶ τὸν Μηνόφιλον ἐβάδιζε.* Lys. 13, 23 *κατέρχονται ἐπὶ τὸν Ἀγόρατον εἰς τὸν Πειραιᾶ.* Isocr. 16, 9. Dem. 18, 19. Lys. 3, 23 *εἰσιὼν ἐπὶ γυναῖκας.* Isocr. 15, 85 *παρακαλέσας ἐπ' ἐμαυτόν.*

b) Paucis locis ἐπί praepositio idem significat, quod nostrae „auf — hin, über — hin"; neque enim spatii punctum, sed spatium ipsum indicatur, per quod aliquid patet. Duos tantum locos afferre possum: Lys. 13, 8 εἰ κατασκαφείη τῶν τειχῶν τῶν μακρῶν ἐπὶ δέκα στάδια ἑκατέρου. Din. 1, 24 παῖδες καὶ γυναῖκες αἱ Θηβαίων ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν βαρβάρων διενεμήθησαν. Hoc tamen exemplum ita quoque accipi potest, ut ἐπί respondeat nostro „in".

Ad localem et temporalem notionem spectat locutio ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, quae semel (Isae. 12, 5) respondet Latino „plurimum", semel vernaculo „im allgemeinen" (Isocr. 4, 154 ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν καὶ μὴ καθ' ἓν ἕκαστον ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ), novem locis adverbii „plerumque" loco exstat: Lys. 19, 6. Isocr. 2, 34. 7, 5. 8, 35. 12, 30. 12, 165. 15, 271. Aesch. 3, 248. Uno loco additur πλειστάκις: Isocr. 15, 184 ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πλειστάκις, i. e. quam saepissime.

II. Notio temporalis.

Nusquam temporis punctum, sed omnibus locis, quorum numerus satis parvus est, spatium temporis significatur, per quod aliquid fit. Redditur particulis nostris

a) „während, seit". Isae. 8, 31 ἐπὶ δίετες ἥβησαν. Eodem modo Isae. 10, 12. Aesch. 3, 122. Aesch. 3, 7 οἳ ἐπὶ πολὺν ἤδη χρόνον συνεργοῦντές τισι τῶν ῥητόρων λυμαίνονται τὴν πολιτείαν. Isae. 12, 125 .. εὑρεῖν τινας τῶν οἴκων τῶν τυραννικῶν καὶ βασιλικῶν ἐπὶ τέτταρας ἢ πέντε γενεὰς διαμείναντας.

b) „auf, für". Andoc. 2, 8 εἰλόμην ταῦτα ἃ ἐμοὶ μὲν λύπας ἐπὶ χρόνον πλεῖστον οἴσειν ἔμελλεν. Simili modo Lyc. 7. Aesch. 2, 53 ἐκκλησίαν ἐπὶ δύο ἡμέρας ποιεῖν.

c) Semel invenitur ἐφ' ἡμέραν „täglich": Aesch. 2, 66 οἱ δὲ τῶν συκοφαντῶν λόγοι πρὸς τοὺς ἐφ' ἡμέραν καιροὺς λέγονται.

III. In oratione translata

a) indicatur consilium, quo aliquid fit. Ἐπὶ hanc significationem exhibens cum infinitivo coniungitur articulo antecedente aut cum substantivis, quibus vis agendi inest, vel pronominibus. Sed cum multa substantiva modo rem exprimant modo actionem, saepe difficile est diiudicatu, utrum significatio localis an translata praevaleat. Quomodo ἐπὶ ab eodem verbo pendens paulatim a significatione propria ad usum metaphoricum transgrediatur, exemplo demonstretur: Lyc. 107 καλεῖν ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνήν. Hyper. 3, XXVI, 11 ἐκάλεις ἐπὶ τὸ δικαστήριον. Aesch. 2, 84 ἐπὶ τὸ βῆμα. Aesch. 2, 46 ἐπὶ δεῖπνον. Hyper. 1, XXXIX, 25 ἐπὶ βοήθειαν.

Deinde verba aut locutiones, quas ἐπί cum accusativo copulatum sequitur, componam atque ita faciam, ut eos quoque accusativos addam, quibuscum praepositio coniungitur. Qua in re ne ea quidem exempla afferre verebor, in quibus notio localis praevalet.

τρέπειν ἐπὶ τὰς γεωργίας καὶ τὰς ἐμπορίας: Isocr. 7, 44. *ἐπὶ τὰς τέχνας*: Isocr. 11, 15.

τρέπεσθαι οὐκ ἐπὶ τιμωρίαν.., ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίαν: Andoc. 1, 140. Lys. 2, 64. 18, 18. 18, 19. *ἐπὶ τὸν λόγον*: Lys. 10, 30. Isae. 5, 3. Isocr. 6, 40. 12, 111. 14, 11. 19, 42. *ἐπὶ τὴν ἀπολογίαν*: Isae. 11, 32. Aesch. 1, 87. *ἐπ' ἀρετήν*: Lys. 12, 5. *ἐπὶ τὸ ἀναιδέστατον, ἐπὶ τὸ ἐξόμνυσθαι τὰς ἀληθείας*: Aesch. 1, 47. *ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν*: Aesch. 3, 154. *ἐπὶ τὸ στρατεύεσθαι*: Isae. 2, 6. *ἐπὶ τὸ καταφυγεῖν*: Aesch. 1, 96. *ἐπὶ τὸν βάρβαρον*: Isocr. 4, 15.

προτρέπειν ἐπ' ἀρετήν: Isocr. 2, 8. 3, 57. 4, 75. 8, 145. 15, 60. Lyc. 10. *ἐπὶ τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην*: Isocr. 15, 84. *ἐπί τε τὰς εὐεργεσίας τῶν Ἑλλήνων καὶ πραότητα καὶ φιλανθρωπίαν*: Isocr. 5, 116. *ἐπὶ πράξεις*: Isocr. 5, 17. 5, 151. *ἐπὶ τὴν φιλοσοφίαν*: Isocr. 9, 77. 15, 60. *ἐπὶ τὴν παιδείαν καὶ τὴν ἄσκησιν*: Isocr. 15, 304. *ἐπὶ τὰ γυμνάσια*: Aesch. 1, 138. *ἐπὶ τὰς ἀδικίας*: Isocr. 7, 46. *ἐπὶ ταύτας τὰς ὀλιγωρίας*: Isocr. 7, 51. *ἐπὶ ταῦτα*: Isocr. 5, 129. 15, 287.

προτρέπεσθαι ἐπ' ἀρετήν: Aesch. 1, 191.

καλεῖν ἐπὶ ξένια: Aesch. 2, 39. 2, 162. *ἐπὶ δεῖπνον*: Aesch. 2, 46. 2, 53. 2, 121. *ἐπὶ τὸ βῆμα*: Aesch. 2, 84. 2, 127. *ἐπὶ τὴν μαρτυρίαν*: Aesch. 1, 67.

μετακαλεῖν τὴν ψυχὴν ἐπὶ τοὺς λόγους: Aesch. 2, 159.

παρακαλεῖν μάρτυρας . . ἐπὶ ἁμάρτημα τηλικοῦτον: Isae. 3, 27. *ἐπὶ τὴν μαρτυρίαν*: Isae. 3, 24. *ἐπὶ τὸ βῆμα*: Aesch. 1, 24. 3, 72. 3, 82. *ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην*: Isocr. 15, 65. *ἐπὶ τὴν ἀρετήν*: Isocr. 1, 45. *ἐπὶ τὴν ὁμόνοιαν*: Isocr. 12, 13. *ἐπὶ τὴν συμμαχίαν*: Isocr. 8, 68. *ἐπὶ λόγον*: Isocr. 1, 4. 13, 20. *ἐπὶ τὴν πρᾶξιν*: Isocr. 5, 56. 5, 113. *ἐπὶ τὰς ἡδονάς*: Isocr. 1, 6. *ἐπὶ τὴν εἰς Ἅιδου κατάβασιν*: Isocr. 10, 20. *ἐπὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν.., ἐπὶ τὴν τῶν λοιπῶν σωτηρίαν*: Isocr. 14, 54. *ἐπὶ τὴν στρατείαν*: Isocr. 5, 128. 15, 57. 15, 77. *ἐπὶ τὸν πόλεμον*: Isocr. 6, 87. 8, 5. Aesch. 3, 65.

ἄγειν ἐπὶ τοὺς κινδύνους: Andoc. 3, 24. *ἐπὶ τοῦτο*: Isocr. 16, 48. *ἐπί τι τούτων*: Isocr. 15, 211. *ἐπὶ τὴν πρᾶξιν*: Dem. 18, 191. *ἐπὶ τὸ βέλτιον*: Din. 1, 29. *ἐπὶ τὰς διατριβάς*: Isocr. 7, 44. *ἐπὶ τὴν τιμωρίαν*: Lyc. 91.

προάγειν ἐπὶ ταύτας τὰς συμφοράς: Andoc. 2, 9. *ἐπὶ τὴν ὁμόνοιαν*: Isocr. 5, 141. *ἐπὶ ταῦτα*: Isocr. 4, 18. *ἐπὶ τὸ βέλτιον*: Isocr. 8, 27. *ἐπὶ τοιαύτην ἀκολασίαν*: Isocr. 8, 77. *ἐπὶ πραότητα καὶ μετριότητα*: Isocr. 9, 49. *ἐπὶ τὴν ὀργήν*: Isocr. 15, 139. *ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν καὶ τὴν δυναστείαν*: Isocr. 15, 307. *ἐπὶ τὸ διαναυμαχεῖν*: Isocr. 4, 91.

ἐπανάγω ἐμαυτὸν ἐπὶ τὴν εἰρήνην: Aesch. 3, 57.

φέρειν, φέρεσθαι. ἐπὶ ταῦτα: Isocr. 8, 28. *ἐπὶ τὸ χεῖρον*: Isocr. 7, 18. *ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λόγον*: Lyc. 59.

ἀναφέρειν. ἣν ἀνενέγκῃς αὐτῶν τὰς πράξεις ἐπὶ τοὺς σοὺς προγόνους: Isocr. 5, 32. ἐπ' ἐκείνους καὶ τὰς [τῶν δικαστηρίων] γνώσεις: Dem. 18, 224. τὰς ἀπὸ τούτων αἰτίας ἀνοίσειν ἐπ' ἐμέ: Aesch. 3, 215.

ἀνατιθέναι. οἷς ἂν εἰκότως καὶ δικαίως τὴν τῶν γεγενημένων αἰτίαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναθεῖεν: Dem. 18, 294.

καταφέρειν ἐπὶ τὴν τελευτὴν ταύτην: Isocr. 8, 101. ἐπὶ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν: 13, 19.

μεταφέρειν. τὴν τῶν ἀνθρώπων πονηρίαν ἐπὶ τὰ πράγματα μεταφέρειν: Isocr. 3, 4. ἀπὸ τῶν καλλίστων πραγμάτων ἐπὶ τὰ φαυλότατα τῶν ἐπιτηδευμάτων: Isocr. 15, 283.

συμφέρειν ἐπὶ τὸ ἄμεινον: Andoc. 1, 77.

ἰέναι, ἐλθεῖν, ἥκειν. ἐπ' ἐκφοράν: Lys. 12, 88. Lyc. 45. ἐπὶ κίνδυνον: Lys. 16, 16. 31, 31. ἐπὶ τὸν λόγον: Din. 1, 49. Lys. 22, 11. ἐπὶ τὸ δεύτερον μέρος τοῦ ψηφίσματος: Aesch. 3, 237. Antiph. 5, 62. ἐπὶ τὴν ἀπολογίαν: Din. 3, 4. ἐπὶ τὴν τιμωρίαν: Din. 3, 15. ἐπὶ τὴν μεταβολὴν τῶν πραγμάτων: Aesch. 3, 79. ἐπὶ πλεῖον: Lyc. 66. ἐπὶ τὸ βέλτιον: Din. 1, 65. ἐπὶ τὸ συμφέρον: Isocr. 4, 18. ἐπὶ τὴν θεωρίαν: Isocr. 4, 44. ἐπὶ τὰ δεῖπνα: Isae. 3, 14. ἐπὶ τὸν κλῆρον: Isae. 7, 4. ἐπὶ τά τινος (hereditatem petere): Isae. 4, 25. 9, 32. 10, 1. 10, 18. ἐπί πράξεις: Isae. 3, 19. ἐπὶ θητείαν: Isocr. 14, 48. ἐπὶ τοῦτο τὸ δίκαιον: Antiph. 6, 24. ἐπὶ τὴν βοήθειαν (ut auxilium peteret): Lys. 19, 21. ἐπὶ τὸ ἑαυτῶν ἴδιον κέρδος: Lys. 31, 6. ἐφ' ὅσα περ ληψόμενος ᾔει: Isae. 4, 11. ἐπ' αὐτὸ τοῦτο: Isae. 11, 30. Dem. 18, 28. ἐπὶ ταύτας τὰς συκοφαντίας: Isae. 11, 31. ἐπὶ λείαν: Isocr. 4, 149. ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν: Aesch. 1, 173. ἐπὶ τὴν πρεσβείαν: Aesch. 2, 96. 2, 139. ἐφ' οὓς (sc. ὅρκους): Aesch. 2, 114.

ἐπῆλθε δέ μοι ἐπὶ τὴν γνώμην (in mentem venit): Aesch. 3, 118.

ἐξιέναι ἐπὶ τὴν πρεσβείαν: Aesch. 2, 97.

κατιέναι ἐπὶ τὴν ἀρχήν: Aesch. 2, 27.

ἀπιέναι ἐπὶ τὰ ἔργα: Din. 1, 79. ἐπὶ τοὺς ὅρκους (ad exigendum ..): Aesch. 2, 91.

ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν: Isocr. 4, 63. ἐπὶ τὴν ἀρχήν: Isocr. 6, 82. ἐφ' ἃ ..: Dem. 18, 102.

προελθεῖν ἐπὶ τὴν δόξαν: Isocr. 5, 115.

συνελθεῖν. ἐφ' ἃ συνεληλυθότες ἦσαν: Isocr. 12, 233.

συνειλεγμένους ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν: Aesch. 1, 117.

ῥέπειν ἐπὶ τὸ πείθεσθαι: Isocr. 15, 4. ἐπὶ τὸ λῆμμα: Dem. 18, 298.

ἀπαντᾶν. οὐδαμοῦ δ' ἐπὶ ταύτην (sc. τὴν ἔχθραν) ἀπηντηκὼς ἐμοί (nusquam ad hanc disceptandam mecum congressus): Dem. 18, 15.

πορεύεσθαι ἐπὶ τὴν ἀπολογίαν: Hyper. 2, XLII, 10. ἐπὶ τὴν τιμωρίαν: Isocr. 4, 185. ἐπὶ ταῦτα: Dem. 18, 124.

βαδίζειν ἐφ' ἃ..: Dem. 18, 4. 18, 58. *ἐπὶ τοὺς λόγους*: Din. 1, 16.
πλεῖν ἐπὶ τηλικαύτην πρᾶξιν: Isocr. 9, 29.
ὁρμᾶν ἐπὶ τὸν λόγον: Isocr. 4, 3. Antiph. III, δ, 5. *ἐπὶ τὰς διαλλαγάς*: Isocr. 4, 94. *ἐπὶ τὴν πολιτείαν*: Isocr. 12, 114. *ἐπὶ τοῦτο*: Isocr. 10, 42. *ἐπὶ ταῦτα*: Isocr. 5, 123. 12, 27. *ἐπὶ τὰ μαθήματα καὶ τὴν παιδείαν*: Isocr. 15, 10. *ἐπὶ τὸν αὐτὸν βίον*: Isocr. 15, 62. *ἐπὶ τὰς ἡδονάς*: Isocr. 15, 221. *ἐπὶ τὸν ἴδιον χρηματισμόν*: Isocr. 8, 126. *ἐπὶ τὴν παράταξιν* (ad aciem instruendam): Aesch. 3, 151. *ἐπὶ τὰ καθ' ἡμῶν ἥκοντα χρήματα*: Din. 2, 23.
ἀκολουθεῖν ἐπ' ἐκφοράν: Lys. 1, 8.
σπεύδειν ἐπὶ τὴν τῆς πόλεως βοήθειαν: Lyc. 57.
καταφεύγειν ἐπὶ τὸν λόγον: Isae. 10, 23. Aesch. 1, 141. 3, 221. *ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν καὶ πονεῖν*: Isocr. 12, 11. *ἐπὶ τὴν ἁπλότητα καὶ τἄργα*: Aesch. 3, 229. *ἐπ' αὐτά*: Aesch. 3, 248.
ἀφικέσθαι ἐπὶ τὸ κῆδος: Isocr. 19, 31.
ἐφιστάναι τούτους ἐπὶ τὰς εὐθύνας ὧν ἔδωκεν: Dem. 18, 112.
ἐφίστασθαι ἐπὶ τὰς αὐτὰς διανοίας: Isocr. 5, 93. *ἐπὶ τὰ Θησέως ἔργα* (ad narrandum..): Isocr. 10, 29. *ἐπὶ ταῦτα*: Dem. 18, 60.
καθέζεσθαι ἐπὶ τοὺς λογισμούς: Aesch. 3, 58.
καθιστάναι ἐπὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἄλλας πράξεις: Isocr. 12, 132. 7, 27. *ἐπὶ τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων*: Isocr. 8, 50. *ἐπὶ τὰς ἱερωσύνας*: Isocr. 11, 15. *ἐπὶ τὰς φυλακάς*: Lys. 12, 44. *ἐπὶ πορνεῖον*: Antiph. 1, 14.
τάττειν ἐπὶ τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων: Isocr. 11, 23. *ἐφ' ἑτέραν ἐπιμέλειαν*: Isocr. 12, 146. *ἐπὶ τοῦτο*: Din. 2, 20. 3, 1.
πέμπειν ἐπὶ τὴν ἀρχήν: Isae. 1, 3.
ἐκπέμπειν ἐπὶ τὸν κίνδυνον: Aesch. 3, 152. *ἐπὶ θήραν, ἐπὶ κλωπείαν*: Isocr. 12, 211. *ἐπὶ τὴν πρεσβείαν*: Aesch. 2, 45.
καταπέμπειν ἐπὶ τὸν πόλεμον: Isocr. 4, 140.
μεταπέμπεσθαι ἐπὶ τὴν εἰρήνην.., ἐπὶ τὸν πόλεμον: Dem. 18, 24.
προπέμπειν ἐπὶ θάνατον: Isocr. 10, 27.
παραλαμβάνειν ἐπὶ τὰς πράξεις: Isae. 3, 19.
χειροτονεῖν, αἱρεῖσθαι. ἐπὶ τοῦτο: Lys. 28, 14. *πρέσβεις ἐπὶ τὰς πόλεις*: Aesch. 2, 19. *πρεσβευτὴς ἐπὶ τοὺς Ἀμφικτύονας*: Aesch. 2, 94. *ἐπὶ τὴν πρεσβείαν*: Aesch. 2, 46. *ἐπὶ τοὺς ὅρκους* (ad exigendum..): Aesch. 2, 91. *ἐπὶ τὴν Μουνυχίαν καὶ τὰ νεώρια κεχειροτονημένος*: Din. 3, 1. *ἐπὶ τὸ θεωρικόν*: Aesch. 3, 55. *ἐπὶ τὴν κοινὴν διοίκησιν*: Aesch. 2, 149.
χρῆσθαι ἐπὶ ταῦτα: Isocr. 12, 133. Dem. 18, 277.
μισθοῦν, μισθοῦσθαι. ἐπὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν: Aesch. 1, 72. *ἐπὶ ταῦτα*: Dem. 18, 21.
ἐπιπίπτειν. ἐπὶ ταύτην ἐπιπεσεῖν τὴν παράκλησιν (devenire ad hanc adhortationem): Isocr. 5, 89.
μεταπίπτειν ἐπὶ τὸ χεῖρον: Isocr. 7, 5.
προσώφειλε τὰ ἕνδεκα τάλανθ' ὁ Πασίων ἐπὶ τὴν τράπεζαν: Dem. 36, 12. 36, 4.

ἀφορᾶν ἐπ' ἐκείνους τοὺς χρόνους (respicere): Isocr. 6, 85. *μεταβολῆς τυχεῖν ἐπὶ τὸ βέλτιον*: Lyc. 60.

Denique nonnullos locos singulares affero: Isae. 4, 10 *οἱ μὲν εὐθὺς κατὰ τὰ πρῶτα ἐπὶ τὰ Νικοστράτου ᾄξαντες οὗτοί εἰσι.*

Aesch. 2, 69 *τοὺς εἰρημένους λόγους ἐπὶ τὰ χείρω διεξέρχεται.*

Dem. 18, 254 *τῆς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τύχης τοὐπιβάλλον ἐφ' ἡμᾶς μέρος.*

Isocr. 4, 163 *τάχ' ἂν Ῥόδος καὶ Σάμος καὶ Χίος ἐπὶ τὰς ἐκείνου τύχας ἀποκλίνειαν.*

Aesch. 3, 235 *οὐδ' ἐπὶ τὰς ταφὰς καὶ ἐκφορὰς τῶν τελευτησάντων εἴων τοὺς προσήκοντας παραγενέσθαι.*

Isae. 4, 20 *προφάσεις δὲ οἴομαι ἀναγκαίας ἐφ' ἑκάστας τῶν πράξεων εὑρῆσθαι.*

Aesch. 2, 154 *ἐπὶ τὴν αἰτίαν* (crimen) *ταύτην παρεσκευάζετο.*

Isocr. 8, 5 *ἐφ' οὓς* (sc. *λόγους*) *καὶ νῦν τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐρρύηκεν.*

Isae. 11, 8 *ὅτε ἐκπλεῖν παρεσκευάζετο πρεσβεύσων ἐπὶ ταύτας τὰς πράξεις.*

Adiectivi loco *ἐπί* cum accusativo copulatum inter articulum et substantivum ponitur his locis: Aesch. 2, 139 *τὴν τρίτην ἤδη πρεσβείαν τὴν ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων.* Aesch. 2, 94 *τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀμφικτύονας πρεσβείαν.* Eodem modo Aesch. 2, 139. 2, 142. Aesch. 2, 96 *τὴν πρεσβείαν τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους* (ad exigendum iusiurandum). Idem invenitur Aesch. 2, 123. 3, 73.

Ab adiectivo *ἐπί* pendet Isocr. 7, 22 *τοὺς βελτίστους καὶ τοὺς ἱκανωτάτους ἐφ' ἕκαστον τῶν ἔργων.*

b) Permultis locis *ἐπί* respondet Latino „contra“, nostro „gegen“, ubi pendet

α) ab iis verbis, quae significant „infesto animo petere homines, terras, urbes“. Huc spectant maxime verba bellandi.

β) ab iis verbis, quorum infestus animus e nulla re nisi e nexu cognosci potest. In his plurima eorum, quae in superiore paragrapho composui, numeranda sunt.

Ex verbis eiusmodi ab oratoribus Atticis haec adhibentur:

α. στρατεύειν, στρατεύεσθαι, ἐπιστρατεύειν, στρατείαν ποιεῖσθαι (*ποιεῖν*), *στρατεία ἐστί* (*γίγνεται*), *στρατιὰν ἐκπέμπειν* (*ἀναπέμπειν*), *στάσιν* (*πόλεμον*) *ποιεῖν, δύναμιν συλλέγειν, αὐξάνειν* (Isocr. 5, 73), *ἰσχυρὰν δὲ τὴν Εὔβοιαν ἐφ' ὑμᾶς ἔργῳ παρασκευάζων.*

β. ἔρχεσθαι, ἰέναι, ἥκειν, πορεύεσθαι, βαδίζειν, ἐκπηδᾶν, ἀκολουθεῖν, συνακολουθεῖν, πλεῖν, συνιστάναι, συνίστασθαι, παρασκευάζεσθαι, κατασκευάζειν, χειροτονεῖν στρατηγόν, πράττειν, συντάττεσθαι, ἐργολαβεῖν, ταῦτ' ὑπάρχει, λέγειν, πλάσσειν, ἄγειν, ἐπάγειν, ἐπασκεῖν τέχνας, παρακαλεῖν, μεταπέμπεσθαι.

Verbi participium supplendum est his locis: Lys. 2, 10 *τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.* Isocr. 5, 16 *τῆς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους στρατείας.* Isocr. 5, 56. 5, 137. Dem. 18, 32. Aesch. 3, 129. Isocr. 12, 71 *τὴν στρατιὰν τὴν ἐπὶ Τροίαν.* Hyper. 4, V, 24 *τῆς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα*

πορείας. Aesch. 3, 132 *τῆς ἐπὶ τὸν Πέρσην ἡγεμονίας*, i. e. in bello cum Persis gerendo. Eodem modo Isocr. 4, 66.

c) Paucis locis indicatur, quo modo aliquid fiat: Antiph. 5, 15 *σὺ δὲ μόνος δὴ τετόλμηκας γενέσθαι νομοθέτης ἐπὶ τὰ πονηρότατα.* Hyper. 2, XIV, 12 *προσκατέμεινα δὲ αὐτόθι τὸν τρίτον ἐνιαυτὸν οὐ βουλόμενος πολίτας ἄνδρας ἐπὶ κεφαλὴν* (praecipitanter) *εἰσπράττειν τὸν μισθὸν τοῖς ἱππεῦσιν ἀπόρως διακειμένους.* Citari potest etiam Antiph. 6, 18 *ἐπὶ σμικρὸν ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα.*

d) Semel *ἐπὶ* significat „quod attinet ad, quantum in aliquo est“: Lys. 13, 58 *καὶ τό γε ἐπ' ἐκεῖνον εἶναι ἐσώθης*, i. e. quantum in illo erat, servatus eras.

Vita.

Augustus Blackert a. d. IV. Non. Iun. a. h. s. LXVII patre Henrico, matre Elisabetha e gente Fehr in Cattorum vico, cui nomen est Adelshausen, natus sum. Domi litterarum elementis eruditus vere a. h. s. LXXX gymnasio Hersfeldensi traditus sum, quod per septem annos frequentavi. Tum testimonium maturitatis adeptus in almam matrem Philippinam me contuli, ut philologiae studerem. Hic per tria semestria audivi vv. dd. Bergmann, Birt, Cohen, Fischer, Lenz, L. Schmidt, Wissowa, atque interfui proseminario philologo, quod gubernabat Wissowa, et proseminario historico, cui praeerat Lenz. Tum Berolini per unum semestre me docuerunt Diels, Hirschfeld, Koken, Paulsen, Wilcken. Ibi Hirschfeld concessit, ut ad exercitationes historicas admitterer. Deinde Marpurgum reversus per tria semestria interfui scholis horum virorum doctissimorum: Com. de Baudissin, Birt, Cohen, Fischer, Graf, Jülicher, Niese, L. Schmidt, Wissowa. Per unum semestre sodalis eram seminarii historici, cui Niese praeses erat, et per duo semestria seminarii philologi, quod Birt et Schmidt gubernabant.

Mense Februario a. h. s. LXXXXII examine pro facultate docendi superato vere eiusdem anni ad fontes Mattiacos missus sum, ut in seminario paedagogico, quod dicitur, cum altero huius urbis gymnasio coniuncto per unum annum erudiendi atque educandi arti operam navarem. Quo absoluto per unum annum in altero eiusdem urbis gymnasio candidatus probandus fui.